

210



Ch. III - ca 70 GA.

A. 22 : R. 42


26

Z BIBLIOTEKI

ORDYNACYI ZAMOYSKIEY

ROKU

1815



STANISLAW ORDYNAT ZAMOYSKI


*ukorski*  
*ca Profesors*  
*B*



U

652  
912







# P R A X I S

## CVRIÆ ROMANÆ FORENSIS

Antiquis Relationibus Octaviani Vestrij  
Juris-Consulti, tum Eminentissimi JOANNIS  
BAPTISTÆ de LUCA S.R.E. Cardinalis,  
ac etiam Recentioribus Authoribus.


# CONFORMIS.

Brevissima digestionem in Capita & Paragraphos commode &  
utilitati omnium Prælatorum, ac Personarum in Dignitate  
Ecclesiastica constitutarum, necnon Advocatorum, Agentium  
cæterorumq; Causas & negotia tam in Foro gratioso quàm  
contentioso, gerentium, sive Romæ tractare cupientium, juxta  
Romano - peritorum manuscripta in lucem publicam

*Cum permisso Superiorum.*

# E D I T A.

Annò Dñi 1760. Die 28. Mensis Septembris



ZAMOSCIJ Typis ACADEMICIS





P-18-g-398  
40-950





Ad ILLUSTRISSIMUM & REVERENDIS-  
SIMUM DOMINUM

D. VENCESLAVUM  
HIERONYMUM

*De Bogusławice*

SIERAKOWSKI

ARCHI-EPISCOPUM Metropolitanum  
Leopoliensem

**P**Lurimum .diuq; secum deliberavit  
Universitas Zamoscensis, quoniam  
modò suam de TUA in Archi-  
Præsuleam Metropolitanæ Leopoliensis Ec-  
clesiæ Dignitatem Provedione conceptam  
manifestatam, Tibiq; testatam redderet lætitiã,  
cùm ecce deliberanti obvenerit, non aliàs  
melius & consultius facturam, quàm, si *PRA-*  
*XIM Curia Romanæ Forensis* nuper deterfã  
Typi



Typi sepiâ, juris publici factam, tanquam certissimum ejusdem suæ lætitiæ testimoniū Pontificijs Tuis consignaret manibus. Exiguum hoc certè opus esse, nemo non videt, sed nec ipsa diffitetur, non ideo tamen Tibi fore ingratum arbitrata, præcipuè, quòd ultra observantiam & pietatem, quam erga T E PROTECTOREM suū exhibet maximā, etiam utilitatē utriq̄ statui perquā accōmodā præferebat nō postremā. Equidē nil TIBI magis arridere, quàm quod publicū sapiat commodū, apprimè novit, experimentō edocta, hunc TIBI sensum semper fuisse, & hactenus esse, quòd etiam Tu Tibimet ipsi, pridem & certò displicuisses, ni Patriæ & Ecclesiæ, ni omnibus utilis ac commodus fores. Scilicet, ut generaliter de *ILLUSTRISSIMA SIERAKOVIANÆ DOMUS* Vestræ Genesi loqui eidem liceat, maximam hanc Virtutem à Maximis ATAVIS Vestris Jure hæreditario in Vos devolutam esse, extra dubium habet, ex quo consequitur, quòd cum in alijs bono communi proficuum esse, ars & industria vocatur, in Vobis quodammodo necessitas & cōnaturale videatur. Lōga esset  
si sese



si sese in altum Illustrissimæ DOMUS Vestræ  
Originis demittens, singula, quæ pro Patria, quæ  
pro Ecclesia Vos gessisse utriq; deprædicant An-  
nales, recenseret, sed neq; etiam hunc præsentis  
suæ Opellæ scopū judicavit, optimè persuasa, hōc  
ipsō & ex vinculanðæ obligationi suæ, & Vestræ  
jam olim nō modo Orbi Polono, ast etiā exteris  
Gentibus notæ, & adhuc in immensū attollen-  
dæ Gloriæ non parum consulturam, si illa, quæ  
sæculis mensurantur, brevî temporis spatiō com-  
prehendere, & amplissimum lateq; diffusum San-  
guinis Vestri mare intra exiles aliquot pagella-  
rum margines coarctare, temerarium ac velut  
sacrilegum reputaret. Porro unū est, cuius se  
consciā vinci, nec finire, nec pati voluit, nempe  
Magni Tui *ILLUSTRIS* ARCHI-PRÆ-  
SUL Prædecessores, in quos quemadmodum  
singularem Tuam ipsius pietatem perspectam  
habuit, ita eosdem prorsus reticere, tan-  
quam nefas, & grande Tibiq; soli reservatum  
piaculū exhorruit. Nam quomodo eos reticeat?  
qui jam in Senatu, jam foris rem Patriæ tra-  
ctando, jam Martem sequendo, jam in Tri-  
buna-



bunalibus Justitiæ vacando, de singulis verò bene merendo, non modò omnium manus & ora in præconium, ast etiam corda in sui amorem pellexerunt. De numero horum primus est JOANNES *de Bogustawice* SIERAKOWSKI Bidgostiensis Castellanus, Tuus *JLLUSTRISSIME* ARCHI-PRÆSUL Proavus, qui & muneris, quod sustinebat, & incumbentis genuino Patriæ Civi obligationis per quam memor, usibus publicis ita se totum addixerat, ut momentum quò sibi viveret, non haberet. Scivit hic Senatûs Poloni Confus, quæ sint veri Senatoris partes, nempe nosse Rempublicam, tueri leges, æquitatem tenere, libertatem, ne eandem fluctare, labive contingat, sustinere, vigilare, & hoc usq; ad vitæ supremum exitum implere enixissimè contendebat. Fecisset procul dubio Patria, ut taliter de se merito JOANNE SIERAKOVIO nemo surrexisset major, ni supernis honoribus eundem coronari Dijs Cælitibus placuisset. Secutus vestigia Patris GASPAR *de Bogustawice* SIERAKOWSKI, Tuus *JLLUSTRISSIME* ARCHI-PRÆ-



PRÆSUL AVUS, in hoc nonnisi dissimilis illi,  
quòd, cùm totam vitæ suæ rationem publico  
commodo consecrâset, ut ille, in præmium  
meritorum honores ex Justitia distributiva si-  
bi debitos acceptare noluit, ut ille, Covali-  
ensi Castellanatui nuntium remittens, potiusq;  
eligens in Publico suorum Concivium & Rei-  
publicæ obsequio honores mereri, quàm ha-  
bere. Quantum sit obligata Patria JOAN-  
NI *de Bogusławice* SIERAKOWSKI, Zakroczy-  
mensi Dapifero, Mszanensi & Olszoviensi Ca-  
pitaneo, Tuo ARCHI-PRÆSUL ILLUSTRIS-  
SIME olim carissimo Patri, effundere in se-  
piam, licet aliàs tanti Viri memoria velut ju-  
stum exigat, expedire tamen nec vidit, nec  
tanquam necessarium judicavit, maximè, quòd  
id satis & fama publica nuntiet, & centeni ocu-  
lati adhuc superstites ejus meritorum testes  
suffICIENTER deprædicent. Anima hæc spe-  
ciali Divûm naturæq; nobilioris Privilegiò, Ci-  
ve Polono dignis ornata qualitâtibus, Pater-  
nis, Avitisq; insistendo vestigiis, totam se pu-  
blicæ rei vel curandæ, vel conservandæ,  
vel



vel augendæ, vel defendendæ cōsecravit. Re-  
quirebantur consilia domi, festinus adfuit, præ-  
tendebantur juvamina foris, non gravatim de-  
scendit, laborū pondere, negotiorum mole, nec  
fractus, nec territus unquā. Sæva bellorū protunc  
exorta tempestas ô quot dextros quantumvis  
perculsit timore Viros! JOANNEM SIERAKO-  
VIUM minimè; qui Martem Polonum JO-  
ANNEM III SOBIESCIUM, Poloniarum Re-  
gem secutus, densissima Orientis neutiquam  
metuebat agmina, salutem publicam privatæ  
vitæ præponendo. Et verò de JOSEPHO,  
MATTHÆO, GABRIELE, Mszanensi Capita-  
neo, ROMANO Vexillifero Cracoviensi, Capi-  
taneo Olszoviensi, Castrensi Cracoviensi Judi-  
ce, Tuis *JLLUSTRISIME ARCHI-PRÆ-*  
*SUL* Germanis Fratibus quid referat? omnes  
hos Paterna terentes vestigia, quidquid  
gesserunt, & hactenus gerunt, totum ad  
Gentis gloriā, & utilitatem, tanquam ad  
finem à se principaliter intentum ordinasse,  
& adhuc ordinare, quis non videat? fortunæ  
vitæq; immemores suæ, circa salutem publi-  
cam sollicitos, legum Vindices, libertatis Affer-  
tores.



tores. Rem brevibus claudat: quotquot cui-  
piam legere, videre, audire SIERAKOVIOS  
contigit unquam, omnes in id sua exeruisse  
conamina certum est, ut semper prospicerent,  
ne quid Respublica detrimenti caperet. Ejus-  
dem Nominis, sed simul ejusdem Virtutis hæ-  
redem Te, veneratur ARCHI-PRÆSUL ILLU-  
STRISIME. Accepisti à Tuis Majoribus vi-  
tam, sed cum vita tanquam amplissimum  
patrimonium accepisti Zelum Boni commu-  
nis; quod proin scopum univrsarum vitæ  
Tuæ actionū esse voluisti. Quorsum enim ama-  
bo illa solida intra limites Patriæ acquisita eru-  
ditio, quorsum perfectio eruditionis, in Ro-  
mana quæsita Sapiencia ordinabatur? nisi  
ut solidè perfecteq; instructus, solidiùs  
perfectiùsve commune Bonum stabilires.  
Post auspiciatum in Patriam reditum quor-  
sum susceptæ illæ laboriosissimæ publicæ Cau-  
sarum Auditoris, Judicis ad Tribunal Re-  
gni Deputati Functiones spectabant? nisi ut  
in publica Orbis facie publico Bono meliùs pro-  
spiceres. Post susceptos pro Bono Patriæ &



Ecclesiæ labores, DEO tandem vocante, ad  
Insulas Livoniensem primò, post Camene-  
censem ascendisti. Sic DEUS præmiat eos,  
qui pro DEO laborant. In utroq; verò horum  
Episcopatum Gradum constitutum rursus nihil  
pro re privata egisse, quis vel inde non col-  
ligat, quòd Te brevî annorum interstitiò ad  
Culmen Episcopatus Premysliensis Dextera  
Domini exaltans, supra multa meritò consti-  
tuerit, quia super pauca fidelem. Et certè  
nil Te pro re Tua privatum unquam egisse  
optimè probasti, postquam Pastor illius Dioe-  
cesis effectus, quid pro illarum Dioecesum  
utilitate, omnium verò commodo vel feceris,  
vel faciendum intenderis, re ipsa inibi demon-  
strasti. Nam, ut brevibus & cursim quidem  
aliqua pèrstringat, quòd in Divos Cælites Pius,  
Augustissimam Cælorum Reginam in terris  
coronaveris, Cultum S. Valentini M. jam  
olim loci illius Patroni, ad Ritus Duplicem  
& Celebrem intra ejusdem Dioecesis fines  
elevari, super animas verò piacularibus addi-

ctas



Etas flammis intelligens, Indultum pro iisdem  
eliberandis Majori Altari uniuscujusq; Ecclesiæ  
illius Diœcesis perpetuò applicandum exportari  
feceris, quòd in Religiosos SS. Francisci & Jgnatii  
Ordines munificus, Conventuales in restauran-  
da sua Premysliensi Ecclesia non modicum ju-  
veris, Scholasticam Theologiã fundaveris, quòd  
in Oves providus, jam subjectionem Populi  
Christiani ad Hebræos per Casum Tibi soli  
specialiter reservatum coercueris, jam Clerum  
Sæcularem, Visitationum Decretis, Literis,  
Pastoralibus, seu saluberrimis regulis morum  
& Sacris Canonibus conformibus Ordinatio-  
nibus instruxeris, Cathedris Zelosos Verbi Dei  
Præcones, Parochijs fideles animarum Cura-  
tores, Ecclesijs eruditos in Ceremonijs & Ri-  
tu Ministros provideris, Beneficiis verò amissas  
dotes, Templis integritatem, Aris splendorem  
restitueris, quòd in Ecclesiam Premysliensem  
Tuam interea Sponsam liberalis, ad Cathedram  
illius Palatium Episcopale à fundamentis erigi,  
& Brzozoviense ampliari curaveris, quòd de-  
niq;



niq; DOMUM Tuam rarò exemplò guber-  
nans, conditionem illius Episcopatus Æcono-  
miæ meliorem reddideris, quorsum ista? nisi ut  
propitiam Ovibus Tuis, imò toti Regno DEI  
Genitricem, Divosq; Cælites effecisses, de singu-  
lis verò Te optimè mereri voluisse ostendisses.  
Tot, tantiq; Tui tam pro Ecclesia, quàm Bo-  
no Publico suscepti labores ad immortalem Ti-  
bi parandam gloriam jam profectò & certò  
suffecissent, ni DEUS O. M. optimum Talen-  
torum suorum Villicum suspiciens, etiam de hac,  
quam nunc omine fausto, plaudentibûs singu-  
lîs ingrederis, Metropolitana Leopoliensi Ca-  
thedra, in communi verò de omnibus Te  
ARCHI-PRÆSULEM ampliùs ac ampliùs  
meriturum maluisset. Et hæc est ratio *JLLU-  
STRISIME ARCHI-PRÆSUL*, quæ Uni-  
versitatem Zamoscensem Archi-Præsuleam  
Dignitatem Tuam plurimùm aliàs reveren-  
tem persvasit, ut cùm alii folia & Panegyres,  
ipsa præsentem Praxeos Romanæ Curiae Fo-  
rensis, mole quidem exilem, utilitate nihil-  
omi-



ominus nulli secundam & facilè principem in-  
signum suæ ex Tuo ascensu conceptæ læti-  
tiæ Tibi consignaret Opellam; quam Tu pro  
humanitate, quâ singulos vincis, & amore,  
quò Musas complecteris, tanquám PROTE-  
CTOR à Tua Cliente suscipere non dedi-  
gnaberis, majora speraturus, postquam DEO  
O. M. sortes Tuas, ut jam pro majori Gloria  
sua cæpit, & Tu in Te ipso experiris, semper  
in melius vertente, tandem in Lechico Senatu  
post MAJESTATEM Primus, Eminentissimi  
Culmen attigeris. Quod intimè precatur.

**NOMINI & HONORI TUO**

Devotissima  
Univerſitas Zamoſcensis.



## AD LECTOREM

**A**micè Lector instructum te volo, Universitatem Zamo-  
scensem Opusculum hoc Titulò Praxeos Roma-  
næ Curie Forensis ut à tergo illius patet, coho-  
nestatum non alia intentione in Lucem publicam eden-  
dum voluisse, nisi ut plerorumq; commodo, imò & Tuo  
consulisset. Cùm enim perspectum haberet, non pau-  
cos hic in nostra Polonia degentes, cum Tribunalibus  
Romanæ Curie in variis causis non rarò communicare,  
plerosq; verò, si non omnes, in quo, quomodo, quò, & ad  
quem recurrendum ignorare, tanquam sibi minimè con-  
veniens judicavit, Si Jura profitens, & aliunde à  
Pientissimo olim Fundatore suo M. JOANNE  
ZAMOYSKI, Supremo Regni CANCELLARIO, &  
Exercituum DUCE ad Publicam Regni & omnium  
utilitatem erecta, huic ignorantie aliquomodo non oc-  
curreret, & hanc Praxim instructoriam singulisq; facili-  
tandis perquam accommodam intra Pulpita Scholasti-  
ca comprimens, luci publicæ communicandam non si-  
xeret. Accipe hanc itaq; eaq; pro Tuo & aliorum com-  
modo utere & Vale.



P R A X I S  
CVRIÆ ROMANÆ  
F O R E N S I S.

Cap. I. De Consistorio.

**I**nter cæteras Romanæ Curie Congregationes, & Tribunalium Consistorium principalem locum obtinet, à Summis Pontificibus constitutum, ut coram ipsis, & Cardinalium Collegio omnes Cause, & negotia ardua in forma Judicij expedirentur: Cardinales autem, qui ante Constantini Magni tempora, Ecclesiâ Hostium tyrannide oppressâ, Pontificis socij, & Coadjutores erant solum in Spiritualibus, postea, fruente eâ tranquillitate, etiam in Temporalibus cæperunt & auxiliari Consilio & Operâ; ex quo Consistorij usus promanavit, quod tractu temporis bis in Hebdomada fiebat; ac in eo omnes Cause, in forma Judicij, prævia Partium discussione, Procuratorum, advocatorumque interuentu decidebantur. Postea verò, crescente in dies Pontificiæ auctoritatis existimatione, & Cardinalitiæ Dignitatis fulgore, graviores tantum Cause in eo tractari cæperunt semel in Hebdomada, ac tandem, strepitu Forensi remoto, à Decisione ipsius non amplius Partes contententes admittuntur; institutâ ad hoc particulari Congregatione Consistoriali.



Consistorium itaque, per Papam, & Collegium Cardinalium, in Forma Senatus, in ejus Aulico Palatio factum, dividitur hodie in Publicum extraordinarium, seu solemnium, ad quod præter Cardinales, Prælati, Ministri Principum, Oratores, alique Magnates, Pontificis solio conveniunt; ac quandoque à Pontifice Vestimentis Pontificijs celebratur, pro Functionum qualitate; & in Secretum Ordinarium, vel minus Solemne, quod fit solo Cardinalium interveniu, pro Negotijs arduis pertractandis.

In Primo sunt Canonizationes Sanctorum; Reges, ac Principes, vel ipsorum Legati, ac Oratores extraordinarij, vulgò, Ambasciatori, pro obsequio, & obedientia solemniter admittuntur. Galeus Cardinalitius Cardinalibus conceditur; cumque similibus, & alia, quæ potius ad Curiam Cæremonialem, quàm Forenses pertinent.

In Secundo creantur Cardinales, vel ad libitum Pontificis, vel ad preces Imperatoris, Regum, atque Reipublicæ Venetæ: Providemur Ecclesiæ Patriarchales, Metropolitanæ, & Cathedrales vacantes de Prælato, seu Pastore, quæ si sint Titulares simpliciter, ob Hostium occupationem, solo nutu, & Pape placito providentur, Provisique non amittunt Beneficia, etiam incompatibilia; si verò habeant actualem Jurisdictionem, & Administrationem, factò solemnî Examine Personæ promovendæ, si sint in Italia, vel in Insulis adiacentibus, præconizantur; Examinatur eorum habilitas, & qualitas Ecclesiæ vacantis, ac in Consistorio postea promoventur, destinata ad hoc Congregatione Examinis Episcoporum; si verò in Germania; Ratione ipsius Nationis Concordatorum cum Sede Apostolica, Examinatis valilitate Electionis, vel Postulationis, qualitatibusque Electi, vel Postulati, in isto confirmatur, vel admittitur; In alijs Regnis, nempe in Gallia, in Hispania, in Polonia, cum similibus, ad nominationes Regum assumuntur Episcopi ad vacantes Ecclesias: Declarantur in eodem secundo Consistorio Legati, & Nuntij Sedis Apostolicæ, cum similibus.

Denum Pontificis arbitrio congregatur Consistorium, ut plurimum tamen Die Lunæ, factâ Die antecedenti Cardinalibus præsentibus in Curia notificatione, cum expressione Diei, & Horæ, quâ Sanctissimus sit interveniturus, publicatione Curforum; & quando est secretum, & incipit exclu-



excluduntur non habentes Jus consilii per Edictum -- Extra omnes--  
 Et cum ob ipsius decus Partes ad invicem disceptandum amplius non ad-  
 mittuntur, in eo necesse fuit erigere Congregationem Cardinalitiam  
 Consistorialem, adhibitis quibusdam Prælati, & Secretario Togato, in  
 Negotiis maximè versato, ut ab illo materiæ examinentur in forma au-  
 thentica, & contentiosa, auditis Partibus, lectisque scripturis, ac docu-  
 menti ipsarum: Summarie tamen materiæ postea proponendæ ac dijudi-  
 candæ sunt; ex quo dicitur eiusdem Consistorij Consultor, vel Assessor;  
 per cuius solum punctum Negotia Consistorialia, quæ patiuntur Con-  
 troversiam explicantur; Ecclesiarum nempe Uniones, Divisiones, Dis-  
 membrationes, Novæ Electiones, Electionum Confirmationes, Coadiutoria  
 Concessionis, Nominationes, cum similibus.

## Cap. II. De Signatura Gratiæ.

Uccedit Signatura Gratiæ exponenda in qua tractantur negotia per  
 publicam, & solemnem Functionem, seu Congregationem, quam  
 Ipsemet Papa habet ad libitum in proprio Palatio pro discussione aliqua-  
 rum precum, seu Supplicationum sibi porrectarum, an, & scilicet quo-  
 modo eas signare, vel recipere debeat, & ad eam interveniunt Pontifex,  
 qui solus habet Votum decisivum, atque aliqui Cardinales huic Congre-  
 gationi pro ejus arbitrio adscripti, & post ipsos duodecem Prælati, qui  
 Votantes Signaturæ Gratiæ dicuntur, tanquam Assessores, & Consi-  
 larii Pontificis, Votum consultivum prolaturi, quatenus ipsi placeat; &  
 assistunt plures Romane Curie Officiales; Auditor scilicet, Camera  
 Thesaurarius; Datarius, si sit Prælati, Decanus Rotæ, & Camera; Vi-  
 cesgerens Cardinalis Vicarij; Prothonotarius unus; Duo Locumtenentes  
 Auditoris Camera; Regens Cancellariæ; Unus ex Abbreviatoribus; Ca-  
 merarij Auditor; atque alij Judices Ordinarij, ad effectum, ut quando  
 tractatur de Causis, ad ipsorum Tribunal pertinentibus, certiore possint  
 facere Pontificem, & ejus Assessores de Cause statu, vel de motivo,  
 de quibus facta, vel non facta sit aliqua Provisio, adversus quam una ex  
 Partibus ad ipsam recurrat: ultimus Auditor Ipsius Papæ, ut in dubita-



4  
 tionibus possit Pontificem informare; atque tres Prælati, qui simpliciter Referendarij dicuntur, & Causas vel Commissiones proponere debent Latino, ac laconico seu brevi sermone, exponendo Facti seriem, Oratorum Petitiones, Opponentumque exceptiones, atque quilibet ipsorum decem Causas tantum proponere potest; quinque contentiosas, & quinque Gratosas, concernentes Negotia, quæ Pontificis auctoritatem desiderant, & ab alijs Tribunalibus, vel ratione rei, vel ratione Ordinis Judicarij, vel Privilegii, dignosci, vel concedi nequeunt.

Proponuntur itaque in hoc Congressu Triginta Commissiones, quindecim nempe super Causis contentiosis, alterâ Parte contradicente auditâ, & quindecim super negotijs merè Gratosis absque contradictione: Huiusmodi sunt Petitiones: Committatur Causa alijs de sui natura Appelabilis, cum Clausula -- Appellatione remota -- ut cumulet Possessorum cum Petitorio -- ut Purgatio attentatorum suspendatur usque ad finem litis -- ut removeantur obstacula in literis Apostolicis, Clausula sublata, & Decreti Irritantis -- ut restituatur in integrum adversus rem Judicatam, vel tres sententias conformes -- ut avocentur, vel committantur Cause, quæ ratione Tribunalium, vel Judicium a Signatura Justitiæ cognosci non possunt, ut concedantur Facultates procedendi ad subastationem Bonorum, in quibus Creditor fuit immixtus remedio Salviani, si intra Decennium ex ipsorum Fructibus satisfieri non valeat de Credito -- ut signentur Commissiones concernentes Causas Hierosolymitanæ Religionis -- ut sanentur defectus, quos patuntur Contractus, dummodo non sint in substantia; prout etiam defectus Archiviationis Instrumentorum, vel Apocarum, à Statutis, vel Constitutionibus requisitæ -- atque in Processibus, actibusque Judicialibus, nisi sint in naturalibus, & de Facto -- ut commutentur ultimæ Voluntates Defunctorum, relaxentur aliqua onera, cum similibus.

Denique, quo ad Præparatoria ejusdem, sciendum est, quod ad eam recurrere volentes, præsertim in Causis contentiosis, recurrunt ad prædictum Pontificis Auditorem Domesticum, à quo petunt sibi decerni locum inter dictas quindecim Commissiones, atque interim mandari supersederi, Citatâ Parte factâque ei Intimatione, Idque concedi, vel denegari solet pro Causarum quali-



qualitate, ac Pontificum ipsorumque Auditorum vario stylo. Cumque ista haberi soleat die Martis, Pontifex, aliquibus Diebus antea solet dicere, se velle eam tenere; quo publicato; Die Dominico informantur Ponentes, & Prælati votantes, ad hoc, ut intermediâ die Lunæ Causarum studio vacare possint; atque aliquando etiam informatur Pontifex, ut plurimum in Aula Consuetæ Audientiæ, ad cuius Pedes iuxta Ordinem Listæ Commissionum, ab Auditore factæ, ab eodem introducuntur Procuratores, & Advocati Penitentium, indeque Contradictentium, qui Genusflexi illum de Causis informant; Quibus factis, destinata Die Convocata Congregatione, & Pontifice Sedente, ac habente scamnum ante se, Prælati Ponentes singillatim Commissiones, seu Causas exponunt, ut supra; Quibus auditis, Pontifex solet, & optimè, exquirere Votum Ponentis, seu Referendarij, & Prælatorum Votantium; & quandoque à Judice Causæ, ratione ejus Judicati; ac postea sufficienter informatus, semper assistente ipsius Auditore rescribit in ijs, quæ non videntur admitti verbo -- Nihil -- In alijs utitur Clausulis sibi bene visis, cum Justam Causam habeat; nempe in sanatione Defectuum Contractuum -- Constito de verò Credito -- in alijs -- Arbitrio -- Subintelligitur Judicis, vel Tribunalis, coram quo Causa tractatur; cum similibus.

### Cap. III. De Signatura Justitiæ.

Signatura Justitiæ erecta fuit à Pontificibus ad expedienda cætera Negotia, sive Spiritualia, sive Temporalia, Juris Ordine servato ad effectum Committendi Causas appellationum, vel Restitutionis in integrum, sive decidendi Controversias super Fori Competentiam; exceptis pertinentibus ad Signaturam Gratiæ, vel ad Tribunalia, seu Magistratus, quæ simpliciter eximuntur ab hoc Tribunali.

Hæc Congregatio, seu Tribunal regitur per Cardinalem Præfectum, & componitur ex duodecem Prælatibus votantibus, habentibus votum decisivum; Cardinalis verò Præfectus raro solet votum dare, nisi pro Conclusionem, quando adest æqualis Votorum discrepantia; vel quando Causa non est bene discussa solet demandare Resolutionis dilationem ad alteram Congregationem; sive novam Audientiam concedere adversus iam captam



Resolutionem: ad ipsum quoque pertinet decernere quenam Cause dignæ sint Iudicio Plene Signaturæ, concedendo interim Recurrentibus Superfessoriam usque ad primam, vel respectivè Secundam Audientiam, sive Congregationem; & ob hanc Negotiorum Multitudinem habet Auditorem Prælatum, qui cognoscit ut plurimum de Recursibus, vel regressu ad Plenam Signaturam, cum Concessione, vel denegatione Superfessoriæ; de Revocatione Attentatorum, de Causarum remissione ad Partes in prima Instantia; de Iudicis Competentia, cum Similibus incidentibus spectantibus ad determinationem ipsius Tribunalis: at si Partes Iudicio ipsius non acquiescant, recurrunt ad eundem Præfectum, & postea ad Plenam Signaturam, que vel non admittit Instantiam, vel admittit secundùm Cause Iustitiam variè rescribendo.

Huius itaque Tribunalis Congregatio fit qualibet ferè Hebdomadâ Die Jovis in Palatio Apostolico; ac proponebantur prius in ea quamplures Cause respectu Appellationum, Resitutionum, & Competentiæ Fori, ac similibus; à Prælati Romanæ Curie, qui Ponentes dicuntur: at hodie per Reformationem, seu per Decreta Collegij Dominorum Votantium Signaturæ Iustitiæ, à Sanctissimo Domino recedi: mem: BENEDICTO XIV. specialiter approbata, non possunt proponi plus quàm quadraginta Cause, seu Commissiones, is etiam comprehensis, que redire debent, aliisque, que unica tantum Parte informante proponuntur; ac stylus est, quod Appellans seu ad ipsam recurrens tenetur omninò per tredecim dies ante diem Signaturæ, sive Congregationis, nempe per totam diem Veneris antecedentis hebdomadam, in qua faciendâ erit distributio Informationum in scriptis, transnittere Parti adverse Commissionis copiam, eam citando ad dicendum Causam quare &c. Et Die sabbati sequentis dictam Diem Veneris eidem facere Intimationem, qualiter Causa omninò proponetur; & si istis factis, Appellans Causam non proponat, damnatur ad expensas factas ab Adversario; nisi reintegrâ Die Dominicâ, vel Lune diluculum disintimationem faciat vel Intimationem, qualiter Causa non proponetur.

Informationes Prælatorum, & Præfecti in voce sunt à Partibus pro hac Congregatione Die Lunæ, & informationes in scriptis distribui omni-



omnino debent tam Dominis Votantibus, quam Prælati Referendarijs, Commissiones proposituras, sicuti & Domino Auditori Eminentissimi Cardinalis Præfeti, per totam Diem Veneris, vel saltem sabathi de mane, proximè antecedentis Signaturam, seu Congregationem; atquè diè Martis Responsiones dantur, & informantur Ponentes, seu Referendarij, quorum quilibet prius duas tantum Causas proponere poterat; at hodie unusquisq; plures proponere potest; ad Partium enim arbitrium isti Prælati requiruntur pro Causarum propositione; at quilibet Referendarius Commissiones in Signatura proposituras tenetur omnino ita Commissionum quarumcumque Propositionem manu propria subscribere, ut innotescat, quam Causam primo, quamve Secundo, Tertio, vel quarto loco sit propositurus per hæc Verba -- Proponam pro prima -- Proponam pro secunda &c. -- Et Procurator in Dorso, ut dicitur, cuiuslibet Informationis in scriptis, subscriptionem cuiuslibet Referendarij, cum prædicta distinctione notare tenetur, & quilibet Procurator, qui Commissionem transmiserit, tenetur per totam Diem Mercurij, immediate subsequente Diem transmissionis Commissionis, deferre ad Dominum Auditorem Eminentissimi Præfeti Folium Originale Propositionis Causæ, in quo erunt tantum in Dorso notata, Titulus Commissionis, Nomen Referendarij, à quo proponetur, & in Calce eiusdem Nomen Procuratoris, proprio eiusdem characterè inscriptum.

His peractis, Die Jovis de mane Præfetus, & Prælati tam Votantes, quam Ponentes congregantur in Palatio Pontificis, & in hac Congregatione etiam intervenire possunt Decanus, vel Pro Decanus Rotæ, duo Locum tenentes Civiles Auditoris Camere, & Locum tenens Civilis Eminentissimi Vicarij, tanquam Iudices illorum Tribunalium: De Causis enim Criminalibus agitur coram Præfeto, vel Vice Præfeto, non verò in Plena Signatura; ac Regens Cancellariæ solet etiam assistere huic Congregationi, ad ipsum enim pertinet tanquam Vice Cancellarij substitutum distribuere Cardinalibus, Prælati, seu Rotæ Auditoribus, Commissiones admissas, & signatas per alteratram Signaturam: atq; omnibus sedentibus juxta ord'nem Antianitatis, Ponens etiam sedendo in sue mensæ, refert Oratoris petitionem, & Cause sta-



tum ac merita, suumq; votum primus omnium profert decisivum; quod postmodum proferunt *Votantes*, incipiendo à *Juniore*; atq; *Præfectus* *Vota* adnotat, quorum *Major Pars* sufficit ad concludendam resolutionem: At non omnes *Commissiones* in *Plena Signatura* proponuntur, sed tantum eæ, super quibus cadit *Dubium*, an admitti, vel reicimere antur; aliæ enim, quæ absq; dubio, & omnino sunt admittendæ, signantur ab ipso *Præfecto* *Nomine Papæ* in *Camera*; atq; ad hunc effectum habet quendam sibi assistentem *Officialem* pro earum examine, & animadversione, qui *Commissionum Revisor* appellatur, quæ signatio *Commissionum* dicitur sub *Banca*.

*Variis* autem est modus rescribendi in istis *Commissionibus* pro *celeri Causarum* expeditione, juxta naturam *Judiciorum*, & *Potentium Jura*: *Ideo*que si appellatio nullatenus est admittenda, rescribitur nihil-- Et si appellans juraverit sub *Banca* *Causam* appellationis committi, tunc rescribi solet -- de *Laceratione* -- quæ habetur, ac si signata non foret; si verò admittenda, secundum naturam *Judiciorum*.

In *Judicijs* enim *Ordinarijs* de jure communi his appellare permittitur; Unde, qui in *prima* & *secunda Instantia* successive succubuit, interposita appellatione infra legitima tempora, obtinebit ab *Eminentissimo Signaturæ Præfecto* signari *Commissionem* appellationis alteri *Judici* directam: Post verò tres *sententias conformes* contrarias amplius appellare non licet: Potest tamen *Pars victa* convolare ad remedium restitutionis in integrum, quæ in *Curia* pro unica vice concedi solet, & hæc *Restitutio* de sui natura retardat executionem, quando petitur antequam sit incæpta: Unde *Signatura* concedendo restitutionem post tres *sententias*, quarum *Instantia* præsumitur non retardare executionem, solet rescribere -- sine *Præjudicio* *Rei Judicatæ*, vel *trium Conformium* -- Et si *Sententiæ* in omnibus non convenient, additur -- in eo quo sunt *Conformes* -- Quæ *Clausulæ* præservant *Judici*, à quo facultatem exequendi, licet *Causa* coram alio *Judice* in *Gradu* prædictæ restitutionis iterum discutiatur: *Imo* quando tres *Sententiæ conformes* dignoscuntur, & præcipue si aliquæ illarum sint *totales*, solet signari *Commissio* hujusmodi restitutionis cum *Clausula* -- *Parito Judicato* -- quæ operatur, ut non possit procedi ad aliam



ad aliam Cognitionem, nisi constet de integra executione Judicati. Quando verò Signatura dubitat de Sententiarum Iniustitia, etiam post tres conformes; si non est cæpta executio, vel Causa restitutionis in integrum committere solet simpliciter alteri Judici per hæc verba: De restitutione in integrum prout de Jure -- vel Constito de tribus -- vel -- de re judicata exequatur, sin minùs Causam appellationis, & restitutionis in integrum cognoscat -- Et utroque modo suspenduntur executiones Judicati, donec Judex, ad quem cognoscat, & si de Causis restitutionis constare putet dimisso Articulo ejusdem, juxta stylum Curia, pronuntiat in Causa appellationis -- Bene appellatum, & male Judicatum -- absolvendo reum ab impetitis, vel aliter secundum Cause naturam, si verò inclinè contra Restitutionem & Commissio est signata cum Clausula -- Constito -- relaxat mandatum procontentis in Sententiis, & taxat expensas; & si Commissio est signata simpliciter -- de Restitutione -- pro celeriori Cause expeditione Cause Victor obtinebit aliam Commissionem eidem Judici directam, ut præfixo, petenti Restitutionem, Terminò brevi ad docendum de Causis Restitutionis, necnon ad probandum quidquid vult, & potest, & nihil docto, Inhibitionem suam moderetur, vel Sententias exequatur; licet omnes Judices Commissarii habeant majorem facultatem præfigendi hunc Terminum, & tunc, elapso Terminò, Judex restitutionis vel inhibitionem moderatur, & Causa reddit ad Judicem, à quo vel Mandatum relaxat, seu jam relaxatum exequi mandat, & taxat expensas.

At si ante dictam Commissionem Judex, à quo incepit exequi & Signatura propter injustitiam vult subvenire Gravato, cum retardatione ulterioris executionis, signat Commissionem alteri directam cum Clausula -- Qui ad ulteriorem legitimam Executionem procedat, sin minùs causam appellationis, & Restitutionis cognoscat --, quæ clausula impedit ulteriorem executionem, donec Judex, ad quem cognoscat, an ei sit locus, vel non? & si negativam Sententiam amplectatur, pronuntiat -- Bene appellatum, & male Judicatum.

Cum autem vigore Statuti particularis duæ sententiæ habent vim unam conformium, & sunt exequendæ, Commissio appellationis à dictis



signari solet cum clausula -- sine præjudicio duarum conformium -- Quod si dubitetur de earum Injustitia, rescribitur -- Alteri qui constituto, quod sit locus Statuto de duabus, exequatur sin minus Causam appellationis cognoscat -- Et iste Clausulae habent eandem vim Clausularum -- sine Præjudicio trium & Constituto de tribus.

Aliquando Res judicata oritur etiam ex unica, vel duabus sententiis extrâ Terminos Statutorum, nempe si appellans non interposuerit appellationem, vel eam non commiserit, vel non fuerit prosecutus infra legitimu[m] tempus; tuncque, si non est cepta executio, signatur Commissio cum Clausula -- De Præfixione Termini -- que explicatur in hæc verba -- Alteri Judici, qui præfigat Terminum ad probandum dicendumque de appellatione, ejusque legitima prosecutione, necnon de Causis Restitutionis in integrum, quo elapso, & nihil ad substantiam rei edocto, constituto de re Judicata, donec Judex ad quem cognoscat super re Judicata, ejusque validitate -- Et quatenus de illa constet, Judex relaxat mandatum, pro contentis in Sententia seu jam relaxatum exequi mandat & taxat expensas: si verò sententia non mereatur executionem, procedit in Causa appellationis -- Bene appellatum & male Judicatum -- pronuntians; Quatenus verò sit cepta executio conceditur Restitutio, sed cum clausula -- sine præjudicio rei judicate -- Nisi Sententia sit injusta; quo casu discussis meritis in signatura, Commissio signatur cum Clausula -- Alteri qui ad legitimam ulteriorem executionem procedat sin minus Causam Appellationis, seu Restitutionis cognoscat.

Cæterum post tres sententias conformes, vel duas in casu Statuti, vel quomocumque post Rem Judicatam, quando semel fuit concessa Restitutio, & Judex taxavit expensas, Causa est integrè terminata, & nihil amplius rescribitur, sed solum datur unica Appellatio ab excessiva Taxatione Expensarum; Nisi Injustitia valde patens aliud valeat; ita ut secundâ vice concedenda sit Restitutio cum Clausula -- Alteri qui ad legitimam -- quod rari accidit; unde post primam Restitutionem, adveni Signaturam responderi solet -- Nihil ab Excessiva tantum -- scilicet admittatur unica appellatio ab excessiva taxatione Expensarum tantum



tum -- Et si Appellans elapso Anno non transportaverit Acta antecedentis Instantie coram Iudice Appellationis, iste vigore Specialis Commissionis per appellatum obtinenda, assignare solet Terminum unius Mensis ad dictorum Actorum transportationem, quo elapso, Actis non transportatis, suam moderatur Inhibitionem, & Iudex à quo, producta coram eo Fide moderationis Inhibitionis predictæ, procedit ad Executionem; si vero post lapsum Termini Iudex moderatus fuit Inhibitionem, & Appellans non habuit notitiam eius, vel ob legitimam Causam non transportaverit Acta, facile obtinebit Reintegrationem Inhibitionis à Signatura, cum rescripto -- Rota -- vel talis Iudex -- reintegret Inhibitionem, transportatis Actis, & refectis expensis cum omnibus inde fecutis -- Et si Acta non possint transportari rescribit -- Refectis expensis tantum, ut supra, reintegret, & assignet novum ultimum, & peremptorium Terminum ad transportandum Acta -- Et hæc de Commissionibus Appellationum in Iudicijs ordinarijs.

In Iudicijs autem Possessorijs, in quorum primo adipiscende possessionis, conceditur sententia, & Mandatum de Immittendo; in secundo recuperandæ datur Mandatum de Reintegrando; In tertio Retinendæ, Mandatum de manutenendo, denegatur regulariter Appellatio Suspensiva, Ideirco Commissio Appellationis à sententia, seu Mandato de manutenendo signari solet cum Clausula -- sine præiudicio Mandati de Manu-tenendo -- Quæ præservat Jurisdictionem Iudici à quo pro Executione Mandati -- Quando vero Mandatum est nullum, vel Iniustum, Signatura committit Causam simpliciter, & si nullitas, vel Iniustitia certa, Signatur Commissio cum Clausula -- Cum facultate manutenendi quem de Jure -- quæ retardat Executionem, donèc Iudex ad quem mandat illud exequi, vel novum decernat.

Pariter à Mandatis de Immittendo, & de reintegrando, ut diximus, denegatur Appellatio Suspensiva in Causis Tribunalibus, & Bonis Laicalibus, Vigore Constitutionis Marchiæ, quæ Ægidiana nuncupatur, à Cardinali Ægidio Albernozzio Authore, eiusdem Provinciæ Legato, & servatur in toto statu Ecclesiastico ex Constitutione Pauli Tertij, ac ob id Commissiones huiusmodi Signantur cum Clausula -- Sine Præiudicio



Mandati de Immittendo, seu de reintegrando -- Secus si Clerici sint in causa, vel Bona sint Ecclesiastica, vel causa discutatur in Foro Ecclesiastico, quia prædicta Ægidiana Constitutio, tanquam facta à Ministro Pape in statu Temporalis, non comprehendit causas Ecclesiasticas, nec ligat Clericos; atque in istis Casibus huiusmodi Commisiones signantur simpliciter, prout etiam in alijs, quando evidens est Iniustitia, quia Ægidiana non habet locum; si verò de Iniustitia dubitetur, rescribitur -- Constito quod sit locus Ægidianæ -- que Clausula suspendit executionem Mandati donec Judex ad quem cognoscat, an sit locus dictæ Constitutioni, & quatenus sit, Mandat exequi, sin minus Causam Appellationis cognoscens, pronuntiat -- Bene appellatum -- Quod si causa proponatur post Executionem legitime factam, apponitur Clausula -- Cum facultate manutenendi quem de Jure -- de qua supra: At si dicta Executio sit attentata, rescribitur -- Constito -- ut supra -- Purgatis Attentatis per Eminentissimum Signaturæ Præfectum -- prout rescribitur in quolibet Judicio, quotiescunque attentata sunt Clara; Cum verò de illis dubitatur, apponitur Clausula -- Cum Facultate revocandi attentata imprimis, & antè omnia, quatenus non adsint -- Quo Casu Judex, ad quem cognoscit primo loco super attentatis, prout de Jure & si non adsint, vel eorum Purgatio sit differenda, rescribitur -- Rejctis attentatis, & reservatis in fine litis.

In Judicijs Associationis pro capienda Possessione, conceditur Mandatum de associando, vigore reservationis Domini, vel facultatis capiendi possessionem propria auctoritate, vel Clausulæ Constituti, que Clausulæ celerem Expeditionem requirunt, propterea rescribitur -- sine præjudicio Mandati de Associando -- Si autem ratione gravaminis sit retardanda executio, rescribitur -- Si quid exequendum fuerit, exequatur, sin minus Causam Appellationis cognoscat.

In Judicijs executivis, in quibus Vigore obligationis Cameralis, vel alterius Facti Executivi, relaxantur Mandata, & non datur Appellatio suspensiva, nisi ratione Gravaminis à Judice à quo illati, uti sunt Cause Cambiorum, Pensionum, Prædiorum, evacuationis, & simili-



um signantur Commissione: cum Clausula -- Sine Præiudicio legitime Executionis, seu Mandati de evacuando -- Quando verò Judex à quo intulit gravamen, illo in Signatura ostenso, Commissio signatur -- de Appellatione -- Simpliciter -- vel -- si quid exequendum -- vel -- Alteri qui ad legitimam -- Juxta Causarum statum, & qualitatem: De appellatione - simpliciter, signatur Commissio cum evidens est illius Decreti Injustitia, quo casu non solum retardatur Executio, donec Judex ad quem in Causa cognoscat, verum etiam Causa efficitur appellabilis, imò quando Judex iniuste pronuntiavit contra Actorem, de cuius bono iure evidenter constat, ne remaneat destitutus remedijs executivis, Signatura committit Judici ad quem -- ut procedat ex integro -- aut ei communicat facultates Auditoris Camere; Quo casu Judex cognita Causa, & Injustitia, aut nullitate Decreti Judicis à quo, Mandatum relaxat ex integro, & per sententiam illius decretum revocat, & annullat, sed ferrard accidit. Eadem Facultates Auditoris Camere communicantur etiam Judici delegato, quando illi committitur Cognitio Judicij executivi, quod habet connexionem cum alio Judicio Ordinario coram eo pendente, avocando executivum ab Auditore Camere - ne Sententiæ Causarum dividantur, & ne ob Judiciorum diversitatem contingat ferri sententia contra sententiam: Ceterum ne Actor prioretur Via Executivâ, quæ coram Auditore Camere celeriter Instantiam terminare poterat, Signatura rescribit -- Præviâ Avocatione ab Auditore Camere Judex delegatus procedat etiam in Judicio executivo cum facultatibus ejusdem Auditoris -- vel -- omnia ad Judicem delegatum cum Facultatibus Auditoris Camere.

Clausula -- Si quid exequendum -- apponitur, quando Signatura degustando taliter qualiter Injustitiam, antequam Decretum executioni demandetur, alterius Judicis Cognitionem requirit, idcirco executionem retardat, sed non tollit viam executivam -- Clausula autem -- Alteri qui ad Legitimam -- Signatura utitur quoties appellatur à Mandato de exequendo relaxato à Judice secundæ Instantiæ, cui Causa commissa fuerit cum Clausula -- Siquid exequendum -- Et si ipse mandavit exequi, & dubitatur de Injustitia Judicati, proptereaue diriguntur

Com-





Commissionem Alteri Judici, qui ad legitimam Executionem procedat; cognitâ ejus Justitiâ, iterum suspensâ Executione prioris Judicij, sed non sublata Viâ executivâ; quod si ante aditam Signaturam facta fuerit legitime Executio, rescribitur -- Alteri qui ad ulteriorem Legitimam.

Inter Judicia Executiva recensentur sententiæ Latæ super executione Literarum Apostolicarum, quæ habent Executionem paratam, & ob reverentiam ipsæ debitam, Commissiones Appellationum signari solent cum Clausula - Parato Judicato - seu literis - quæ operatur, ut supra dictum est: Quod si Causa Appellationis cognosci non possit, nisi præcedat integra Executio earundem Literarum, & Judex Executor gravavit, cognito à Signatura Gravamine, remittitur Executio arbitrio Judicis ad quem cum Clausula -- Parato Literis arbitrio -- quæ suspendit Executionem donec ille cognoscat, an intret arbitrium, & si negativè censeat, procedit ad earundem Executionem, sin minus pronuntiat -- bene appellatum, & male Judicatum.

Sententiæ pariter super solutione Pensionum Ecclesiasticarum habent executionem paratam, quarum Commissiones à Signatura taliter signantur -- Sine Præjudicio legitimæ executionis, & non retardatâ solutione Pensionis -- Quæ Clausulæ operantur, ut non possit in gradu Appellationis Causa cognosci, nisi satis factâ integrè Pensione contentâ in sententia, & non retardatâ aliorum Terminorum postea decurrendorum solutione: Cum verò Commissiones appellationum sub Banca signantur simpliciter; licet ex Natura Judicij debuisset apponi aliqua ex Clausulis supradictis, hoc casu eveniente, oportet adire Signaturam pro Laceratione Commissionis, si ei non est locus, vel pro Reformatione, addendo Clausulam, quæ erat apponenda, & Signatura vel mandat -- ut Laceretur Commissio -- vel -- ut Judex delegatus procedat ac si Commissio sibi directâ Signata non foret -- vel cum Clausula -- Confito quod sit locus Ægidianæ -- vel -- sine Præjudicio legitimæ Executionis -- si verò bene est expedita Commissio, Signatura respondet -- Nihil de laceratione, seu Reformatione Commissionis.

Causæ Appellationum à Sententiis de Partibus, si specialem Commissionem-



onem alteri in Partibus non requirant, vel Prælato in Curia, seu Rotæ non committantur, devoluntur ad Auditorem Cameræ, qui ad instantiam appellantis inhibere solet statim Judici à quo, ne ad ulteriora procedat; Quod si natura Judicii aliter postulat, Idem Cameræ Auditor moderatur Inhibitionem, vel ad utrumque effectum, & remittit Causam totaliter ad Partes, vel ad effectum suspensivum tantum, reservando sibi Cognitionem in devolutivo.

Si verò Auditor Cameræ, vel ejus Locum tenentes moderari Inhibitionem recusent, oportet alire Signaturam, quæ oretenus dicit -- Auditor Cameræ moderetur, & remittat ad Partes -- si Causa non est Curialis, & Judex a quo non gravavit dicit -- ut moderetur in suspensivo, & procedat in devolutivo tantum -- Et tunc Judex de Partibus procedit ad executionem, licet Causa cognoscatur iterum coram Auditore Cameræ: si verò Causa est Curialis, & appellabilis, vel in Causa executiva Judex à quo gravavit, Signatura rescribit - Nihil -- Et si Auditor Cameræ, vel ejus Locum tenens malè moderatus sit Inhibitionem rescribit -- ut illam reintegret.

Oritur & sepe Questio super electione Judicis, quæ electio de Jure spectat ad appellantem Vigore Cap. Oblate de appellatione sed quia in Curia Disputatio dicti Capituli non habet locum, Appellatus statim interposita appellatione potest prævenire appellantem in illa committenda, & si appellans adit Signaturam pro electione nihil obtinebit.

Rursus quoque proponitur quandoque in Signatura pro deputatione alterius Judicis in locum suspecti allegati, & licet talis allegatio Judicii Ordinarii non esset admittenda sine aliqua rationabili Causa, tamen in Curia semper etiam sine Causa admittitur, quando Partes in eum non consenserint, seu Lis non est instructa: Et si Judex suspectus allegatus est Locum tenens Eminentissimi Vicarii, vel Auditoris Cameræ, Signatura rescribit -- Eminentissimo Vicario vel Auditori Cameræ, qui alium deputet -- si verò Judex est delegatus, rescribit -- Causa committatur alteri non suspecto -- vel Auditor Cameræ alium deputet in statu, & Terminis.

In Commissionibus pro Pauperibus Personis, constituto de paupertate,



te, & bono jure, Signatura solet apponere Clausulam -- subministratis alimentis & sumptibus Litis -- & si dubitetur, an sit locus Præstationi alimentorum, remittit cognitionem Judicis, coram quo causa pendet, cum Clausula -- Cum facultate subministrandi Alimenta, & sumptus Litis. Demum, non omnia Tribunalia subijciuntur Signaturæ Justitiæ; nam omnes Congregationes Cardinalium, Baronum, & Montium, Cameræ Tribunal, & ei subordinati, Camerarius nempe, Thesaurarius, Præsidentes Annonæ, Grasciæ, Doganarum, Riparum, Reclæ, Archivij, Viarum, & similia, ac Curia Capitolina, Aulici Palatii Pontificii, Presbyteri Basilicarum Patriarchalium, alique Protectores Piorum Locorum, necnon illi Cardinales sive alii Judices, quibus Commissio signata manu Papæ sit directæ, cum similibus ab ea eximuntur.

## De Tribunali, seu Auditorio Sacræ Rotæ IV.

Rotæ Tribunal, seu Auditorium, quod alia Tribunalia existimatione antecellit, cum illis exemplum in judicando præbeat, constitutum fuit à Summo Pontificibus ad Decisionem causarum, quæ ex Universo Christianorum, Orbe Romam mittuntur, ut per Cardinales in Consistoriis non sint decidendæ; atque componitur ex duodecim Prælatiis, qui Rotæ Auditores, & Pontificis Capellani nuncupantur: olim enim Pontifex auxilio istorum Capellanorum minora negotia tractabat, atque dijudicabat, qui hodie ex diversis nationibus, ac Civitatibus ab eo eliguntur; Germanus nempe unus, unus Gallus, duo Hispani, unus scilicet ex Regnis Castellæ, & annexis, alter ex Regnis Arragoniæ & connexis, quæ olim erant separata, Venetus unus, Mediolanensis alter, unus Bononiensis, unus Ferrariensis, ac pariter unus Etruscus cum alternativa inter Civitatem Perusiæ, sub ditione Pontificis existentis, ac alias Etruriæ, Civitates, ad nominationes Imperatoris, Regum ac Civitatum prædictarum: Cæteri verò ad Pontificis libitum ut plurimum Romani, qui singuli dicuntur Judices Delegati utpote ex sibi directis Commissionibus delatam Jurisdictionem habentes Ipsum verò Rotæ Tribunal, utpote representativum Capellæ Pontificiæ ordinariam, & habitualem habet Jurisdictionem.

Circa



Circà admissionem ipsorum ad huiusmodi Auditorium sciendum est, quod postquam Pontifex, vel ad Nominationem, vel ex ipsius electione Motu proprio, in locum deficientis, vel Promoti alium Auditorem subrogaverit, iste tenebatur prius assumere Togam Advocatorum Consistorialium, nisi in Prælatura iam esset constitutus, & Advocati Munus suscipere profitebatur in Causis Rotalibus, pluriès ad singulos Rotæ Auditores accedendo; Modò verò si non est iam in Prælatura constitutus, recol. mem. Pontifex BENEDICTUS Decimus quartus statim illum dispensat à Toga Advocatorum Consistorialium, & illis confert habitum Prælatitium, sed tenetur duabus vicibus in hebdomada accedere per aliquot menses ad omnes Rotæ Auditores, visitando solummodò per cæremoniam illorum ianuas; Postèa die sibi statuta tenetur in Aula Magni Palatii Cancellariæ Apostolicæ, coram Collegio Cardinalium, Rotæ Auditoribus, Advocatis Consistorialibus, ac penè totà Curia Romanà explicare Capitulum in Decretalibus, & ex eo eligebat prius septem Conclusiones contra Communi Sententiam, modò per reformationem prædicti Pontificis BENEDICTI Decimi quarti, ex eo eligere tenetur septem Conclusiones de Comuni, easque defendere contra Auditorum Rotæ argumenta; atque iustificatis Natalibus legitimis, congruâque Provisione pro supplemento decentis sustentationis antè dictam Functionem, deinde per duos Rotæ Auditores præsentatur Papæ, à quo obtinetur oraculum admissionis in Rota, præviâ Juramenti præstatione, alijsque necessarijs adimplementis; ac donec formalis admissio ad sedendum in Rota non sequatur, eiusdem non dicitur Auditor; eâ verò secutâ, in prima Rota non profert Votum, ut alios audiendo Votandi modum addiscat, habetq; Adiutorem, & secretum ad efformanda Vota, & etiam habere alios secretos potest ob Causarum multitudinem, & temporis brevitatem.

Hoc Tribunal bis in hebdomada in Palatio Apostolico habetur, nimirum diebus Lunæ, & Veneris de mane, nisi aliqua ex iusta Causa in aliam diem differatur; atque omnes Rotæ Auditores in Circulari Mensa accumbunt; undè ex hoc; Rota, ut arbitror, appellatur; & in ipsa proceditur per viam Commissionis: servatur secretum in dandis votis, eiusq; Decisiones sententiæ nuncupantur.



At priusquam dicti Auditores congregentur, Stylus est, quod postquam Causa commissa est in Rota, & Commissio, Parte citata, effecta est de actis; ac ubi de Causa secundæ Instantiæ agitur, transportata sint acta præcedentis Instantiæ, Pars citat alteram coram Cause Romanæ Judice ad concordandum de dubio disputando, sin minus, eâ non comparente, videndum illud subscribi, cunus copia sibi transmittitur, eoque illud subscribente, fit Intimatio subscriptionis, futuræque Propositionis statutâ die, ad hoc ut ab utraque Parte informetur: Parte non comparente proponitur Dubium in ejus contumaciam, etiam unâ tantum Parte informante; ea vero non comparente, & non acquiescente oretenus coram Ponente, illud concordari solet inter Partes, eisque non concordantibus fit verbum, in Plena Rota, à qua illud statuitur. Quandoque tamen super Dubij efformatione nulla cadit disputatio, eo quia illud oritur in Ventre rescripti contenti in Commissione, si sit nempe Causa commissa cum Clausula -- si quid exequendum -- vel -- Parito iudicato Arbitrio -- vel Constituto de tribus conformibus, cum similibus; ex ipso rescripto oritur Dubium -- An Mandatum sit exequendum -- An intret arbitrium - & - an constet de tribus - Et quando agitur de ulteriori Instantia per appellationem à Sententia eiusdem Tribunalis, datur Dubium - An standum, vel recedendum à Decisis - vel - An sententia Rotalis confirmanda, vel infirmanda - à sententia verò aliorum datur ex integro, nisi appellans insistat super prædicto Dubio.

Hæc autem Dubia brevibus, ac significatiuis verbis concipi solent, ac pariter super eis quandoque unius verbi Oraculum procedit. Determinatâ postea die, qua Dubium in Rota proponendum erit, ante biduum Advocati, & Procuratores Partium Colligantium informant Rotæ Auditores in proprijs Domibus, & eadem die de sero per utramque Partem distribuuntur Singulis Rotæ Auditoribus Informationes in Facto, & in Jure, & Ponenti duplex relinquitur Positio tam Facti, quam Juris cum summario non subscripto, quarum una datur Parti hinc inde, ad hoc ut fieri valeant Responsiones, quæ posttridie, saltem statim post meridiem distribuendæ erunt; Qua die Auditores, ut assiduè vacent studio Causarum, ac in ijs Vota in scriptis efforment, habent Facultatem audiendi, vel celebrandi Missam in Oratorio privato. Ad-



Adveniente die Statutâ, Congregatis Auditoribus, de mane Clausis ianuis, iuxta Ordinem Antianitatis per Turnum proponuntur Cause, & qui proponunt, dicuntur Ponentes, quibus licet duas Causas tantum proponere regulariter, exceptis ultimis Causis de Mense Junij; tunc enim ob Causarum Multitudinem plures proponi possunt.

Propositâ Causâ, quamvis omnibus volentibus Votandi facultas competat, attamen solum quatuor, qui iuxta Ponentem sedent à latere sinistro; illius Corresponsales nuncupati, Votum proferunt, & ex maiori Votorum parte procedit resolutio Casus; Ponente minimè habente Votum, sed exquirente, & in scriptis recipiente aliorum Vota ad decisionem efformandam; licet quandoque Cause gravitate, vel perplexitate exigente; de eiusdem Decani, aut Pontificis Mandato omnes Votum proferant, excepto Ponente, Ponens autem solum Votum habet, quando agitur de Causis extra Rotam, in quibus Votum exquiritur, etiamsi Causa unita Auditoribus commissa sit, vel arbitrio, quia tunc fit Verbum in Plena Rota pro Cause Decisione.

Elapsâ Resolutione, Cause Judex, seu Advocatus ex suorum Corresponsalium Votis, eiusdem Decisionem efformat, sine qua ex Dubij disputatione Actus dicitur nullus, ac sententia, seu Decretum fieri debet ad decisionis Normam, & per ipsam ostenditur Partibus Tribunalis sensus, pandendo Vota Corresponsalium, ad hoc ut ex inspecta sibi consulant, priusquam ad Actum irretactabilem sententiæ procedatur; Ideoque illa est actus merè extrajudicialis.

Editâ itaque decisione, Pars Victrix in proxima Rota dubiorum, vel in prima Rota Memorialium petit mandari Ponenti, ut procedat ad Cause expeditionem, mediante sententiâ, seu Decreto, iuxta Cause qualitatem, citando Partem succumbentem ad informandam Rotam super eiusmodi expeditione decernenda: ob id Succumbens, impugnando Decisionis Fundamenta petit iterum audiri, informando Rotam, prout in Disputatione Dubiorum; & si Causa denuò discutienda videatur, conceditur nova Audientia, sin minus, mandatur Expeditio.

Concessâ novâ Audentiâ, reproponitur Causa super dubio -- an sit standum, vel recedendum à Decisis -- Et si contingat regressus quod



quod est mutare consilium, dicitur, quod moderatæ fuerunt à Rota Rationes dubitandi in forma extrajudiciali; & si à prolata in ea Sententia recedatur, non dicitur quod Rota retractet ea, quæ gesserat, quoniam in alia Instantia mutatur Judex, seu Ponens, habens diversos Corresponsales; Ideoque promanat revocatio à diversis Judicibus, licet in eodem Tribunali, à quo Cause commisse nunquam exeunt, sed ibi perficiuntur, nisi Pontifex Causam avocet ab eo, quod perrarò accidit.

Cum tamen Summus Pontifex BENEDICTUS Decimus quartus cognoverit, quod propter facile contingentem in pari Judicantium numero Suffragiorum æqualitatem, aliquandò nimis diu protraherentur, & retardabantur Cause in præfato Rotæ Auditorio vertentes, prospicere volens per suæ auctoritatis, & remedia providentiæ celeriori Causarum expeditioni statuit, & mandavit per suam Constitutionem emanatam die 2da. Octobris Anni 1746. quæ incipit -- *Justitiæ, & Pacis Custodes* -- ut, firmo remanente stylo, seu consuetudine proponendi pro prima Vice omnes Causas in Turno ordinario, in quo quatuor Auditores Suffragium ferant; si tamen in posterum, in prima, seu ulteriori alicujus Casu propositione, propter prædictam Votorum æqualitatem, decisiva decisio, seu Resolutio prodire nequeat, non amplius huiusmodi Causa cum istdem quatuor Suffragijs reproponatur; ità ut coæquatis forsitan iterum Votis, rescribi deinde oporteat, ut hæctenus rescriptum fuit -- *Videant Quintus, & Sextus* -- Sed etiam ab ipsa prima vice rescribi mandavit -- Iterum proponatur, & videant Quintus, Sextus, & Septimus -- ad hoc nimirum, ut in altera Cause propositione omnino prodeat illius resolutio; decernens insuper ipsam huiusmodi Causam semper deinceps, in Casu Appellationis, cum quinto, sexto, & septimo, usque ad extremam illius definitionem, remanere, ita ut non sit amplius opus rescribere -- *Videant omnes.*

Quia verò interdum evenit, ut Romanus pro tempore Pontifex aliquam Causam eidem Causarum Palatii sui Auditorio committat, cum Clausula -- *Videntibus omnibus, ne forte huiusmodi Cause resolutionem, divisis quoque æqualiter omnium Suffragijs, ut nonnunquam accidebat, adhuc retardari contingat; mandavit pariter, atque voluit San-*  
*ctitas*



Ætatis sua, ut quoties in aliqua causa, vel ex speciali Commissione Romani pro tempore Pontificis, vel ex rescripto ipsius Rotæ Decani, omnes Auditores suffragium ferre debent; si Auditores suffragia ferentes disparis numeri existant, antiquus stylus seruetur, nimirum, quod Auditor proponens suffragium non ferat, si verò suffragia ferentes sint numeri parisi, vel casu aliquo ad numerum parem reducantur, debeat tunc in ipsa causa suffragium ferre etiam Auditor proponens, ad hoc ut ipsius Cause resolutio semper, & omnino sequatur, nec de cetero, videntibus omnibus, suffragia coequari possint.

Cumque hætenus nemo Romanorū Pontificū Prædecessorū prædicti, BENEDICTI Decimi quarti, genera Causarū, hujusmodi, secernendo constituerit quænam Cause Auditoribus Rotæ uti Auditoribus, sint committendæ; quæ autem aliis prædictæ Curia Prælatiis, vel ipsis Rotæ Auditoribus, non uti Auditoribus, sed uti Prælatiis, committi possint Quamvis Pæ memorie CLEMENS Octavus, hujusmodi definitionem, & separatorem aggressus, Schedulam quandam sui motus Proprii sub Datum Tusculi Kalendis Octobris Pontificatus sui Anno decimo propriâ manu signaverit; in qua expresserat singula Causarum genera, quæ ad præfatam Rotæ Tribuna, privativè quo ad alium quemcumque Romanæ Curia Judicem, pertinere volebat; hæc tamen Schedules nunquam Legis vim, auctoritatem, & efficaciam habuerit, cum nec super ea debita Literarum Apostolicarum expeditio secuta fuerit, sed ipsa solummodo in Regestis supplicationum Dataria Apostolica remanserit; neque verò deinceps Causarum Rotali um à Prælatiis distinctio ad præscriptum relatæ Schedules, sed juxta consuetudinem, & stylum Curia, ut antea processerit; quinimò cum olim Pontifici ALEXANDRO Septimo supplicatū fuerit pro parte Collegii Notariorū Rotæ, ut plenam executionem, & observantiâ prædictæ Schedules, juxta omnem illius seriem & continentiam præcipere dignaretur, idem ALEXANDER Instantiam hujusmodi rejecit, edito desuper rescripto nihil innovari -- Cumque sæpè in Signatura Justitiæ super competentia Tribunalium, & Judicium in Causis particularibus, auditæserint Controversiæ, Idem BENEDICTUS Decimus quartus in supradicta Constitutione constituit, Veterem non scriptam prædictæ Curia consuetudinem



nem ad Legem scriptam redigere, ut in posterum jam dubitari nequeat que nam sint Cause, que, utpotè graviores, committende sint Auditorio Rotæ, ut ibi Collegiali plurium Personarum examine, & Judicio decidentur, & que sint aliæ, que tamquam minus graves, aliis Romanæ Curie Prælati extra Rotam, vel etiam ipsis Rotæ Auditoribus, non uti Auditoribus, sed uti Prælati committi debent.

Statuit itaque, & declaravit Causas omnes graviores, que in Romana Curia, tam in Tribunali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Vicarii, quam in Tribunali Auditoris Camere, in prima Instantia Judicatæ, & definite fuerint, in secunda seu alia ulteriori Instantia nullatenus Prælati extra Rotam, nec ipsis Rotæ Auditoribus, uti Prælati, sed quidem tam in petitorio, quam in possessorio, Judicio ejusdem Rotæ Auditorio omnino fore committendas, ubi verò Cause graviores hujusmodi ad Romanam Curiam, deferantur in gradu appellationis à Sententiis, & Judicatis quorumcumque Judicium de Partibus, mandavit, liberum quidem esse Parti appellanti, pro suo Arbitrio, vel eas immediate ad ipsum Rotæ Auditorium Committi facere, vel, si maluerit, ad prædictum Auditorem Camere appellationem interponere; verum deinde si ulteriori appellationi locus sit, voluit eas prædictæ Rotæ Auditorio, nunquam autem Prælati extra Rotam, neque ipsis quidem Rotæ Auditoribus, uti Prælati committi posse.

Contra verò Cause minus graves, super quibus in prima Instantia in altero Tribunalium, nimirum, Cardinalis Vicarii, & Auditoris Camere definitive pronuntiatum fuerit, statuit, atque voluit, ut in gradu appellationis, tam in Judicio Petitorio, quam in Possessorio omnino committi debeant Prælati extra Rotam, vel etiam ipsis Rotæ Auditoribus, non tamen uti Auditoribus, sed dumtaxat uti Prælati. Quod si Cause hujusmodi à Judicatis, & Sententiis Judicium de Partibus ad ipsam Romanam Curiam delatæ sint, primò quidem in gradu appellationis earum Cognitio ad Cardinalis Vicarii, aut præfati Auditoris Camere Tribunal, juxta utriusque Tribunalis respectivas facultates, spectet, atque pertineat; In ulterioribus verò Instantiis, quatenus ipsis locus sit, ut hujusmodi Cause omnino committi debeant Prælati extra Ro-

am,



tam, vel etiam ipsis Rotæ Auditoribus, uti tamen Prælati, nunquam autem ipsius Rotæ Auditorio: salva nihilominus Partibus Colligantibus facultate recurrendi ad Signaturam Justitiæ in Casibus Purgationis spoli, attentatorum, & nullitatis prædictorum Judicatorum, aliorumque Decretorum & Actorum, quorum propterea circumscriptio coram eadem Signatura Justitiæ petatur; in quibus sanè Casibus integrum sit Eadem Signaturæ, prædictas Causas minus graves committere alicui ex Prælati aut eas remittere ad Cardinalem Vicarium, aut ad Auditorem Camere, prout ipsarum qualitates, & dictorum Tribunalium facultates respectivæ exegerint.

Porro Causæ graviores; & consequenter Rotales non Prælatitiæ, ut supra, censeantur, & censi debeant Causæ omnes, in quibus agitur de Jurisdictionibus, exemptionibus, adoptionibus, sponsalibus, Filiationibus, Legitimitatibus, Præminentibus, & Præcedentibus Juribus quoque Patronatibus: aliisque hinc inde nominandi, eligendi cõferendi, & similibus; aut de Juribus decernendi, quotizandi, aliisque similibus: Causæ quoque servitutis Personalis, & generaliter omnes & singulæ Causæ Pecuniariæ, & Profanæ, tam citramontanæ, tam de Partibus ultra montes positis, infra scriptâ summam respectivè attingentes, citramontanæ nimirum, si & quatenus earum valor, & æstimatio ad summam, & quantitatem quingentorum Scutorum auri, aliæ verò de Partibus ultra montes, dummodo ipsarum valor, & æstimatio ad summam mille Scutorum auri similibus, respectivè ascendat.

Item Causas graves, & consequenter Rotales, ac minimè Prælatitiæ declaravit fore, & esse illas Causas Beneficiales, in quibus agitur de Titulo Beneficii, ac de Jure in Re, vel ad rem, nempe ad ipsum Beneficium; sicuti etiam Causas super Pensionibus Ecclesiasticis, aut super Reservationibus Fructuum, reddituum, & Proventuum Beneficiorum Ecclesiasticorum, quoties annuus valor Beneficii litigiosi, ac respectivè annua Pensio, aut quantitas Fructuum reservatorum, summam viginti quatuor Ducatorum auri de Camera comprehendat, sive excedat; easque præterea Causas, in quibus agitur de primis dignitatibus Ecclesiarum, nempe de Dignitate principali in Collegiatis Ecclesiis, cujuscumque valoris dignitas hujusmodi existat; omnesque hujusmodi Causas, ut pote graviores inter Rotales, non autem Prælatitiæ esse voluit. Gra-



Graviores itidem Causas declaravit, & censeri debere statuit omnes Causas Matrimoniales, tam super fœdere Matrimonii, quam super divorzio; necnon Causas omnes super nullitate Professionis Regularis emissæ, & has quidem nunquam Prælati, quantumvis accedente consensu Partium, committi voluit; sed aut ipsi Rotæ Auditorio committi, aut à Congregatione Concilii, vel etiam, quod Causas nullitatis Professionis prædictæ à Congregatione, negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regulariû præposita, pro arbitrio, & ad Electionem Partis appellantis, seu recurrentis, cognosci, & definiri mandavit, non obstante, quod Causæ hujusmodi de sui natura & qualitate, Processum Judiciarum, atque etiam formale Testium examen, exigant, vel requirant; quemadmodum quoad Causas Matrimoniales hujusmodi per aliam Constitutionem, quæ incipit -- DEI miseratione -- Tertio Nonas Novembris Anno Incarnationis Dom. 1751., Pontificatus sui secundo, editam, statuit, & ordinavit.

Voluit tamen, atque concessit Sanctitas sua ut, salvis, & exceptis, ut supra, Causis Matrimonialibus, & super nullitate Professionis, in quibus ne consensus quidem Partium erit attendendus, in cæteris omnibus Causis prædictis, liceat, & integrum sit Partibus Collitigantibus inter se concordare, & consentire, quod Causa etiam minis gravis, & de sui natura, & qualitate Prælatitia, Auditorio Rotæ committatur, & è converso, quod Causa etiam gravior, & de sui natura Rotalis committatur alicui Prælato extra Rotam; utque ad hujusmodi effectum consensus Partium attendatur, statuens tamen, ut hujusmodi consensus à legitimis earundem Partium Procuratoribus expresse præstitus appareat à tergo Commissionis, nec aliter; ac decrevit, quod quoties Partes Collitigantes consentiant, ut Causa aliqua gravis, & de sui natura Rotalis, alii Prælato committatur, possit quidem causa ipsa in vim talis consensus committi cuilibet Prælato in Curia extra Rotam; nunquam autem alicui ex ipsius Rotæ Auditoribus, uti Prælati.

Denique mandavit Officiali super Revisione Commissionum pro tempore deputato, quatenus in posterum nullam Commissionem ad Rotam directam in Causis pecuniarijs, aut profanis relaxet seu transitum habere sinat,



re finat, nisi expressam habeat Clausulam -- Attento quod agitur de Causa Citra Montes, ascendente ad Valorem quingentorum scutorum aureorum -- Et respectivè in Causis profanis ultra Montes, nisi habeat Clausulam -- Attento quod agitur de Causa ultra Montes ascendente ad valorem Scutorum Mille auri -- itidem diligenter attendat ne transitum habeat aliqua Commissio in Causis Beneficialibus Rotæ directæ, nisi habeat Clausulam -- Attento quod agitur de Beneficio, aut de Pensione, excedente annum valorem viginti quatuor Ducatorum auri de Camera, vel -- attento quod agitur de Prima Dignitate in Cathedrali, vel Collegiata.

Si verò contingeret, quod aliqua Causa, que propter ipsius qualitatem, aut valorem, prædictæ Rotæ Auditorio esset committenda, ob Partium Colligantium consensum alicui Prælato extra Rotam committeretur, vel contra, aliqua Causa propter ipsius qualitatem, & valorem alicui Prælato extra Rotam committenda; ob huiusmodi Partium Consensum, Rotæ committeretur, in singulis Causis prædictis idem Officialis advertat, ut in Commissione adsit Clausula -- Attento Consensu Partium -- Et quod à Tergo Commissionum huiusmodi dictus consensus per Procuratores Partium, verè sit præstitus, sub pœna remotionis ab Officio, seu privationis eiusdem, si munus sibi iniunctum neglexerit, & sub pœna refectionis omnium, & singularum expensarum, etiam extraiudicialium à Partibus factarum.

Hoc Tribunal aperitur prima die Juridica Mensis Octobris, solemniter pro Tribunalis Majestate: Omnes enim Auditores accedunt ad Palatium Vaticanum; & duo Juniores in habitu Prælatico, associati à duobus Advocatis Consistorialibus, & duobus Procuratoribus Collegij, cum magno numero Aulicorum, & Curialium, omnes equitando, à suis domibus, dictum locum petunt, ibique Assistentibus omnibus Advocatis Consistorialibus, & maximâ multiudine Curialium, & Aulicorum, leguntur aliquæ Apostolicæ Constitutiones de Rotæ Regimine, & directione disponentes, deinde Auditor, ut plurimum Junior, facit brevem Orationem super Materiam Tribunalis, & rectam Justitiæ administrationem.

Congregatur ut plurimum ad disputanda Causarum dubia, licet



aliquandò ea non proponantur; prout in Rotis memorialium, quæ primis, & ultimis Vacationum diebùs fieri solent pro Causarum expeditione, novâ Audientiâ, vel dubijs dandis, alijsque emergentibus; atque specialitèr pro Causarum expeditione, discussarum in ultimo spatio ab octava Paschæ usque ad Indictiones Vacationum Generalium, habetur circâ finem Mensis Julij, vel initium Augusti Rota Memorialium: quæ Congregatio Generalis appellatur.

Ista autem spatia inter unam, & alteram Vacationem, Tertiariæ nuncupantur, & habent peculiaria Vocabula quibus Rota utitur, quando Causam differt in alio proximo spatio proponendam, quorum primû incipit à die Prima Octobris, & desinit in Vacationibus Nativitatis Domini, ac dicitur Calendarum -- alterum incipiens post Epiphaniam, desinensque in Vacationibus Carnis Privij, dicitur Regum -- Tertium à die Cinerum usque ad hebdomadam Majorem Piscium denominatur; Quartum, ab Octava Paschæ usque ad æstivas Vacations generales Agnorum nuncupatur; ideoq; dilationes huiusmodi dicuntur, vel ad Calendas, vel ad Reges, vel ad Pisces, vel Agnos.

Demùm in Causis in hoc Tribunali pendentibus nullæ sunt Expensæ à litigantibus, nisi propinarum, seu sportularum, quæ tantum sunt Civiles, non criminales, nam de ijs in isto non tractatur; In expeditione sententiarum desinitivarum, Jus inter Partes facientium: solvuntur igitur pro ijs in Causis profanis usque ad summam Scutorum Mille, Scuta Decem Auri -- à Mille usque ad decem Milla, viginti quinque -- à decem Millibus usque ad Viginti Millia, quinquaginta, & ab hac summa usque ad quamcumque, Centum. In Causis Beneficialibus, si valor non excedat summam Centum Ducatorum, pariter Scuta Decem Auri -- à Centum usque Mille, Viginti quinque; à Mille usque ad tria Millia, quinquaginta: & ab inde supra, Centum.

In Causis Jurisdictionalibus, vel alijs, quæ valorem certum non habent, fieri solet Taxa moderata pro ipsarum Causarum qualitate, atque ad hunc effectum deputari solet unus ex peritioribus, & Senioribus Collegij Procuratoribus pro huiusmodi Propinarum, seu sportularum Cura, & Taxa, ultra quas solvuntur quædam Emolumenta Notario pro Registro



Regestro Actorum, pariter taxata; atque Adiutori studiorum Pontentis datur à Parte Victrice aliquid, quando sibi communicat decisionem iam editam, quod ad summum est Decem Ducatorum Auri; atque Parti Victrici; ultra Expensas Judiciales decem Scuta pro qualibet Propositione à Victa sunt solvenda, cum similibus.

Post hæc Universaliora Tribunalia ad Congregationes Cardinalitias, quæ præcipuè, & extensiores existunt, de Ecclesiasticis, Spiritu- alibusque rebus, ac Personis tractantes, advolare iuvat, & primò agemus.

## Caput V. De Sacra Congregatione Va- ticanæ Inquisitionis, vel Sancti Officij.

**A**D natas hæreses extirpandas, nascendasque impediendas; Summi Pontifices præstantissimorum Virorum opera usi sunt; ac præcipuè duodecimo sæculo Divum Dominicum Fundatorem Ordinis Prædicatorum in hoc pernecessario opere adhibuerunt, tribuendo ei Nomen Inquisitoris, post Quem alij eiusdem Ordinis Religiosi tale munus exercuerunt; & ere- ctum Inquisitionis Tribunal, per ipsum Pontificem cum Ministris, adiu- toribusque regebatur, atque præcipuè opere, & consilio quorundam eius- dem Ordinis Religiosorum, Magistri nempe Sacri Palatii, tanquam Consiliarij; & Assessoris, & Commissarij Inquisitionis huiusmodi; deinde Cardinalis Præpositus fuit, ac postea omnibus Inquisitionis Ministris in- ferioribus in Diæcesibus, & Provincijs Inquisitorum nomen tributum fuit, cumulativam cum Episcopis in rebus Fidei Jurisdictionem habentibus: Tandem Lutherana hæresi Germaniam grassante, PAULUS Ter- tius, pro meliori Regimine, & authoritatiuâ directione huius Tribunalis, Congregationem Cardinalitiam erexit, quæ componitur ex aliquo Car- dinalium competenti numero, Literis, experienciâ, Fideique zelo apti- orum, quibus adiungitur ordinariè Supradictus Sancti Officij Com- missarius, Ordinis Prædicatorum ex Provincia Lombardiæ, qui Consilia- rium, seu Assessorem habet, regulariter Prælatum, dictum Sancti Of- ficij Assessorem, aliosque Officiales, ac Ministros inferiores, uti sunt Fiscalis, Notarius, Socius, & similes, atq; Consultores Regulares, quo- rum duo sunt semper eiusdem Ordinis, & Magister Sacri Palatii, &



28  
 unus Professor Ordinis Minorum Conventualium, ceteri verò ad Papæ libitum assumuntur.

Hanc ad præparandam, quæ qualibet hebdomada, die Jovis coram Pontifice habetur, duæ Congregationes præcedere solent; nam die Lunæ in Palatio Sancti Officij congregantur huiusmodi Congregationis Officiales, ac Ministri, exceptis Cardinalibus, ad examinanda Negotia pro maiori Assessoris instructione, qui ea relaturus est in alia Congregatione, in qua interveniunt Cardinales die Mercurij de mane in Conventu Sanctæ Mariæ supra Mineruam, nisi mutetur dies, vel hora ob legitimum impedimentum, in qua Dominus Assessor, stando, Negotia Cardinalibus, Processus, Literas, & Relationes de verbo ad verbum legendo, & secundum exigentiam, post rei discussionem a Cardinalibus factam, Consultores admittuntur, ut consultivum Votum proferant, atque exhibeant, qui interim in Aula exteriori morantur; quæ negotia maturè examinata cum Votis, postevà die in Congregatione Pontifici, referuntur, ut ipsius Oraculum recipiatur, in qua etiam aliquandò Consultores adhibentur. In ista Cause ad Fidem pertinentes tractantur, quarum supremam habet Jurisdictionem, & pro lectura librorum prohibitorum cumulativam obtinet cum Magistro Sacri Palatii, & Congregatione Judicis: Dat licentiam edendi Carnes tempore vetito, iustis de Causis; atque habet hoc Tribunal Cognitionem omnium Causarum ad eisdem Ministros pertinentium; Qui Ministri nequeunt manifestare res, quæ in eo aguntur, ob vinculum Juris jurandi præstiti de nihil revelando, & ob id redditur formidandum, attentis silentio, & auctoritate, cui omnes Catholici tenentur denunciare suspectos de Fide, & ab ipso diligenter delicta inquiruntur antequam Deliquens Carceribus mancipetur.

Cæterum stylus eiusdem est valdè placidus, ac benignus, plenusque charitate, & circumspectione, aded ut nonnisi ex necessitate delicta publicet, prout accidit quandò aliquis damnatur de Heresi, tunc cum postquam completus est Processus, & ille confessus est Errorè, ac vult resipiscere, facit abjurationem publicam certo Processu, & condemnatur, quæ condemnatio versatur circa Carcerem perpetuum, vel ad tempus, & alias penas Salutares: si verò contumaciter persistat in Errorè traditur



Curia seculari puniendus: atque in alia delicta, vel exponitur ante Fores Ecclesie, vel fustigatur per urbem, vel solum supra Asinum per eam circumdicitur, & mittitur ad Trivemes, aut in exilium, aut relegatur, iuxta Criminum, & Criminosorum qualitatem, cum similibus.

## Cap. VI. De Sacra Congregatione Indicis Librorum.

**H**æc Congregatio, tamquam Vicaria, & adutrix precedentis in Fidei Negotijs mirum in modum occupatur, & ob id forsitan, quia non adeo accuratè, ut opus erat, in revisione, ac prohibitione librorum se gerebat, à SIXTO Quinto fuit erecta pro huiusmodi revisione, ac prohibitione Librorum, ne contra Fidem, bonos mores, vel Ecclesie Disciplinam Agentes admitterentur; Quod Negotium ad Episcopos olim spectabat, & in Urbis Districtu ad Sacri Palatii Magistrum; modo verò ad aliquot Cardinales, atque Magnum Numerum Professorum Theologie, aliarumque Scientiarum, ut plurimum Religiosorum, sub nomine Consultorum; Quorum est diligenter examinare libros suspectos de Fide iuxta Distributionem à Secretario eiusdem factam, ad effectum referendi in Congregatione, ut ab ipsa examinentur, & decernatur, an admitti, vel prohiberi debeant, que iuxta Negotiorum exigentiam convocatur; Præfato tamen Sacri Palatii Magistro, coniunctim cum Vicario Urbis, reservata fuit primæva facultas revidendi per se ipsos libros in Urbe, & Districtu imprimendos, dando imprimendi facultatem, & iam impressorum publicationem concedendos.

Per istam quoque conceduntur Licentiæ legendi, & retinendi libros prohibitos, quibusdam exceptis Pape reservatis, que facultas etiam ad præcedentem Congregationem, & Magistrum Præfatum pertinet: Cæterim tam in ista, quàm in antecedenti gratis negotia expediuntur, nec Consultores, aut Revisores aliquid pro labore exigere valent.

## Cap. VII. De Sacra Congregatione Concilij Tridentini.

**A**bsolutò, confirmatò, publicatòque Concilio Tridentino sub PIO IV. idem Pontifex, pro illius executione, & observantia, aliquorum



rum Cardinalium Congregationem deputavit, illorum præsertim, qui in ipso interfuerunt, ejus mentis bene calentes existebant: Deinde SIXTUS Quintus huic Congregationi addidit Jus interpretandi idem Concilium in concernentibus Reformationem, atque alia indifferentia, non vero Fidei Catholice Dogmata, quorum interpretationem sibi, & Successoribus reservavit, Unde hodiè ista principaliter versatur in præfata interpretatione privativè quo ad ceteras Congregationes.

Hæc est merè Cardinalitia, cum componatur à nonnullis Cardinalibus, quorum unus est pro Literarum, Decretorumque expeditione, & subscriptione, ac ipsius curâ, & directione eiusdem Præfectus, atque habet Secretarium Prælatum; & qualibet Hebdomadâ diè Sabathi olim in Palatio ejusdem Præfecti, modò in Palatio Apostolico congregatur semel, vel bis in Mense, iuxtà negotiorum quantitatem, vel qualitatem.

Tractantur in ipsa res ad Concilij præfati observantiam, Interpretationem, Ecclesiarumque Disciplinam pertinentes: Mandantur Concilia Diæcesana singulis annis, Provincialia triennijs congregari, si ab Ordinarijs negligantur, quorum posteriorum Decreta ab ipsa examinantur, & admittuntur. Audiuntur Postulata Episcoporum in genere ad limina Apostolorum per se, vel alios statuto tempore accedentium, referentiumque, seu Ecclesie statum exponentium: & minora expediuntur, maioribus ad Pontificem relatis, ac monita pro recta Ecclesiarum gubernatione dantur. Cognoscuntur Invaliditates Professionum post lapsum Quinquenni, Reductiones Missarum, vel aliorum onerum, ob diminutionem Fructuum Ecclesiasticorum, Cause, ut aliquis à residentia eximatur, & pro Residente habeatur; Dispensationes Irregularitatum publicarum, & Matrimonij per Datariam concedi non solite, Causeque illius ad Conciliaria Decreta spectantes etiam modo contentioso, Partibus consentientibus, præcipuè ad effugiendas expensas.

Hujus Decreta, seu Declarationes, ad hoc ut vim Legis obtineant, tria concurrere debent; Primò, ut fiant consulto Summo Pontifice; secundò, ut Cardinales interpretentur, non dispensent, nisi habitâ speciali facultate à Pontifice, eaque expressa sit; & Tertio tandem ut appareat in Forma Authentica cum Sigillo Congregationis, & Subscriptione



Cardinalis Præfæcti, & Secretarij eiusdem; non tamen & exequitur, sed ipsorum executio ad ordinarios Judices spectat; atque gratis omnia ab ipsa expediuntur, cum similibus.

## Cap. VIII. De Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium

**H**Æc Congregatio à SIXTO Quinto fuit erecta, prout ex eiusdem Constitutione Cap. 74. Nec sanè, cum sequentibus, ad Pastorum Spirituum auxilium, subditorumq; Curam & confugium Religiosorum, quietem contentionum inter ipsos conciliationem, Religionisque observantiam, quæ licet à principio duplex extiterit, hodie unita est, omniumque maxima videtur, ob numerum negotiorum ad Reipublicæ Christianæ Spirituale Regimen, exceptis Fidem concernentibus, pertinentium; & componitur à solis Cardinalibus, quorum unus est eiusdem Præfæctus, & à Prælo eius Secretario; Habeturque quolibet Hebdomadâ die Veneris, excepto Mense Martij, quo, die Jovis; ac tempore æstivarum Vacationum variis; atque in ista duo diversa negotiorum genera peraguntur; quorum Primum, respicit negotia Curialia Fori Ecclesiastici, ad publicum Spirituale Gubernum tendentia, quæ inter Episcopos, vel illos & subditos, etiam Moniales, vel exemptos tractantur, & Sede vacante de Vicario constituendo, de validitate eius Constitutionis, & de supplendo ejus defectum, etiam deputando Vicarium Apostolicum cum Oraculo Pontificis. Secundum, Litigia, & contentiones inter Regulares eorumque Superiores continet, Dummodò Concilij Tridentini Interpretationem non desiderent; Novas Fundationes Monasteriorum, seu Conventuum, Prioratum Oppositiones, ac alia ad Religionum, Religiosorumque bonum Regimen, & directionem conducentia. Insuper per istius Organum concedi solet Beneplacitum Apostolicum pro alienatione Bonorum Ecclesiasticorum, Religiosis præcipuè pauperibus, ad effugiendos sumptus, qui fiunt in Dataria, vel Secretaria Brevium pro eius expeditione; Quod etiam ad Moniales pauperes extenditur. Cognoscuntur Controversiæ super Præcedentijs, alijsque Præeminentijs inter Clericos sæculares, &

Regu-



Regulares ac etiam Laicos in functionibus Ecclesiasticis; super Jurisdictione, & Immunitate Ecclesiastica, cum similibus; licet pro ijs Negotijs adsint particulares Congregationes, quibusdam tantum huic specialiter reservatis, quando Partes ad eam confugiunt: Idcirco uniuersalis esse videtur, & maior numerus Cardinalium, quam in ceteris consideratur; Cum in negotijs quoque aliarum Congregationum se ingerat; magisque ceteris politico more, secundum principales Regulas, Causas pertractat, ac decedit.

Stylus ipsius est, ut à Partibus porrigatur extraiudicialiter libellus supplicationis, pro cuius Cause Informatione mittitur epistola à Præsfecto, & Secretario subscripta, ac sigillo Congregationis munita, Ordinarijs Locorum, Superioribusq; illorum quorum Cause agenda sunt, vel, illis suspectis, & in causa existentibus Vicarijs, aut quibusdam Personis Ecclesiasticis, vel Religiosis, eaque habitâ Informatione, si causa sit contentiosa, & utraque Pars consenserit, deputatur Cardinalis Ponens, qui causam sibi commissam proponat, inspectis accuratè utriusque Partis Juribus, qui à litigantibus recusari nequit ob Cardinalitiam Dignitatem; licet non soleat intervenire qui suspectus à Partibus habetur, & ab ea dantur Provisiones opportuna secundum gravamina, & Rerum qualitates; gradioribus ad Pontificis oraculum remissis. Tandem eius Epistolæ, & Decreta, ut vim Legis obtineant, ad formam Authenticam redigenda sunt, hoc est, debent subscribi à Cardinali Præsfecto, & Secretario, ac sigillo Congregationis signari, cum similibus.

## Cap. IX. De Sacra Rituum Congregatione

**R**ituum Congregatio à SIXTO Quinto pariter erecta, prout in eadem Constitutione 74. Cap. Jam verò -- ad Diuinum cultum Sacris Ritibus, Ceremoniisque seruandum, augendumve; Duplex esse videtur; una nempe Ordinaria, pro Ritibus Ecclesiasticis, aut pro decidendis controversijs Præcedentiarum, & Præeminentiarum; altera Extraordinaria, pro Sanctorum Canonizatione, & Beatificatione, Cultuque aliorum Seruorum Dei.



In unaquaque istarum, ultra Cardinales adscriptos, quorum unus est Præfectus, diversus est Personarum interventus; unde non est simpliciter Cardinalitia, sed mixta; nam in prima, ultra Cardinales, interveniunt plures Prælati, quorum unus est eiusdem Secretarius, & aliqui Religiosi Theologiæ Professores, ac præcipuè Magister Sacri Palatii, & Papæ Sacrista, qui semper est de Ordine Eremitarum Sancti Augustini, atque etiam Magistri Ceremoniarum ipsius: In secunda vero, ultra præfatos interveniunt Promotor Fidei, cuius Officium de more spectat ad Advocatum Fiscalem, tres antiquiores Rotæ Auditores, tanquam Assessores, unus ex Prothonotarijs participantibus, cui Causa iniuncta est, Theologi, Consultores, peritissimique exteri, variarum Artium, scientiarumque Professores, secundum Facti contingentias, ut res tanti momenti perfecte examinetur, & decernatur.

In hac Congregatione ordinariè dijudicantur Quæstiones Præcedentiarum in Processionibus, cæterisque Functionibus inter seculares, & Regulares, & respectivè inter utriusque Cleri Capitula, Monasteria, seu Conventus, vel inter eiusdem Capituli Dignitates, & Officia; Funerum faciendorum, vel prohibendorum; Erectionum, novarum Congregationum, aut Societatum, modi assistendi Episcopis, usus Pontificalium; Tractationis Principum, ipsorumque Oratorum, cum similibus.

Extraordinariè verò tractantur ea, quæ pertinent ad cultum Divinum, ad Ritus, Ceremoniasque Ecclesiasticas; videlicet pro concedenda facultate celebrandi Officium, vel Missam alicuius Sancti, assumendi aliquem Sanctum in Protectorem, celebrandi Octavam eiusdem, ut diem Votivam; Beatificandi, vel Canonizandi; pro quibus maturè Causa in præcedentibus Congregationibus instructa, omnibusque parata, solemnior Congregatio coram Pontifice fit, qui auditò rotò Congregationis, Decretum interponit super Beatificatione, vel concessione Cultus; cum similibus: Præter Canonizationem, ut pote obligatoriam de Fide. Ideoque post hæc etiam examinatur in pleno Consistorio secreto; ac deinde in alio Consistorio magis solemniori, & publico; in quo interveniunt omnes Episcopi, in Curia existentes, ac votum proferentes per quamdam Imaginem Concilij.



Demum, in ipsa quoque proceditur per viam Summaria, & extraiudicialis Cognitionis, prævijs Informationibus, Ordinationibus Loci, vel Superioris Regularis respectivè; atque expeditiones, & Provisiones gratis conceduntur. Formatur tamen aliquando Processus, cum examine Testium, prout in Causis, vel Actis Beatificationis, & Canonisationis Sanctorum, quorum Causa, ad compensandum maximum laborem, solvuntur Cardinalibus, atque Officialibus eiusdem Sportulæ, sive Propinæ, aliaque emolumenta.

## Cap. X. De Sacra Congregatione Jurisdictionis, & Immunitatis Ecclesiasticæ

**P**ræcedenti, hæc Congregatio subnectitur ab URBANO Octavo, nescio, an Constitutione, vel vivæ vocis oraculo introducta quæ a Cardinalibus, & Prælatibus componitur, ex quo mixta dicitur, inter quos Prælatos quatuor fixum locum habet, nempe Secretarius eiusdem, unus Rotæ Auditor, Unus Camerae Clericus, & Advocatus Fiscalis: Ceteri verò ad Pontificis libitum constituuntur, Ponentes nuncupati, quorum est per legere, restringere, atque in Congregatione referre Voluminosos, & plurium Processus in Partibus constatos, circa Immunitatem Ecclesiasticam, ad evitandum laborem Cardinalibus eiusdem, quorum unus est Præfectus, prout in alijs Congregationibus.

Hæc, bis in Mense, die Martis, in Palatio Apostolico haberi solet, atque in ipsa tractantur, expediunturque negotia ad Localem, realem, vel personalem Immunitatem spectantia; Privatam Cognitionem habet; Et in Casibus dubijs, an habeat locum Immunitas, nec ne: solet iubere, ut Judicibus secularibus tradantur ad Loca immunita confugientes, adhibitò temperamento, ut promittant penam extraordinariam, & citrà Sanguinem illos punire; & illos Curia seculari tradit, ad hoc, ut delicta puniantur, consulaturque omni meliori modo Ecclesiasticæ Immunitati; In cæteris verò stylum præcedentium Congregationum sequitur, atque gratis omnia expedit; cum similibus.



## Cap. XI. De Congregatione Propagandæ Fidei

**H**Æc Congregatio fuit à GREGORIO Decimo quinto introducta, prout ex ejus Constitutione 26. incipiente -- Inscrutabili -- Pro Fidei Propagatione in partibus Infidelium, & Hæreticorum; Componiturque ex Cardinalibus, Prælati, & aliis Viris Religiosis, & signanter ex Prælato Secretario, & Assessore Sancti Officij, & ex uno Prothonotario Apostolico. Olim in Palatio Cardinalis Præfecti eiusdem congregabatur, postea verò cum ab URBANO Octavo insigne huius Congregationis Collegium ædificatum fuerit, in eo habetur, ut plurimum die Lunæ, semel in Mense, nisi negotiorum urgentia frequentius fieri soveat: & quandoque coram Summo Pontifice, ut certior fiat status rerum ad Fidem pertinentium, ob eius Propagationem, & ut suo Oraculo communicet Ministris Facultatem ad aliqua peragenda necessariam, vel utilem, quæ ab ea excommunicari nequit.

In ista, ut dictum est, negotia ad Propagationem Fidei pertinentia tractantur, expediunturque, Maioribus ad Pontificis Oraculum remissis: Superintenditur Missionibus omnibus ad prædicandum Evangelium, & docendam Catholicam Fidem; Constituuntur, vel mutantur ab ea Ministri necessarii, & in ipsius Collegio educantur, atque imbuuntur Sacris literis Adolecentes conversi ad Religionem Catholicam de Partibus Infidelium, ad hoc ut in ijs idonei Operarii, & Fidei Propagatores esse valeant; ac congruè aluntur Missionarij ex iisdem partibus redeuntes, ut in Curia Pontificem, ipsamque Congregationem melius informare possint, & optima Suggestere remedia pro Fidei incremento.

Ex quibus colligitur, munus eiusdem esse, Missionarios & Fidei Operarios dirigere, transmittere, & per Religiones distribuere; Subministratis congruis Alimentis: Inter illos ortas dissensiones, & etiam inter illos, & Parochos cognoscere, atque dirimere; ad quem effectum Vicarios interdum constituit: habet Typum ad imprimenda ea, quæ spectant ad ipsam: Summarie de Controversijs cognoscit, etiam omnibus Causis Ministrorum, & rerum ipsius: atque Oeconomiam Spiritualem, & temporalem exercet, cum similibus.



Cap. XII. De nonnullis alijs Congregationibus  
ad communem Christianæ Republicæ  
utilitatem institutis.

**P**onuntur nonnullæ aliæ Congregationes Cardinalitiæ, quarum prima dicitur Status, quæ à Summo Pontifice deputari solet pro negotiorum, quæ publicè tractari non expedit, Consultatione, ac directione, atque Particularis dicitur, & extra ordinaria. Altera Reformationis Regularium in parvis, & exiguis Conventibus Religionibusque; nam Praxi docente, cum in istis Regularis disciplina non observaretur, ex quo resultabant inconvenientia toti Ordini Regulari præiudicialia, necesse fuit hanc introducere Congregationem ( aliâ Episcoporum, & Regularium multitudine negotiorum satis onerata: ) Unde si Conventus, seu Monasteria sex Religiosos ex suis Redditibus alere non valeant, per istam supprimuntur, ac subiiciuntur Jurisdictioni Ordinariorum, si duodecim Religiosi non adsint in ijs, applicando Redditus, & Bona Ecclesiis Parochialibus, Seminario, alijsque pijs operibus Ordinariorum Arbitrio, vel ipsius Congregationis, ad illorum relationem. At hodie ista Monasteria tolerantur, si utilitas Locorum id exigat, cæterum in ista proceditur, prout in alijs, Summarie, & extraiudicialiter. Tertia Examinis Episcoporum, erecta pro exquirenda diligenter Idoneitate præeligendorum ad Episcopales Ecclesias, quæ constat ex Cardinalibus, Prælatiis, Religiosisque Canonum, atque Theologiæ Professoribus, qui Examinatores nuncupantur, quorum quidam sunt fixi, ut Rotæ Decanus, seu Vice-Decanus Vicesgerens, & Magister Sacri Palatii, sitque coram Pontifice, ut plurimum die Veneris.

Istud Examen fieri ad interrogationem trium Examinatorum, quorum unus est Cardinalis, cæteri inferioris Ordinis ad Papæ placitum. Quò peractò, ab ipso Pontifice Votum Congregationis exquiritur, an examinatus approbari, vel reprobari debeat, à quo examine aliquando qualificati Prælati eximuntur, & examinantur à Pontifice, & quandoque soli admittuntur; atque qui approbatus non est in publico



examine, non nunquam ad novum privatum ad Pontificis admittitur arbitrium, quod Examen locum habet in promovendis ad Episcopatus in Italia, & in Insulis adiacentibus, supradictum est in I. Cap.

Sunt etiam aliæ Congregationes præter Cæremoniales pro Cæremoniali; Indulgentiarum pro Indulgentiis; Reliquiarum pro Reliquiis, cum similibus, quæ cum perraro fiant, & de re peculiari tractent, Summo digito tanguntur.

Cæteræ verò quæ in Curia Romana considerantur, Pontificis particulare Temporalis, vel Spiritualis status Gubernium respiciunt; Ideoque studio omittuntur.

### Cap. XIII. De Cardinali Superintendente Generali, vulgò -- Patrono

**E**Xpositis Congregationibus, Officiales, & principalia ad Romanæ Curia universale Regimen, sive in Spiritualibus sive in Temporalibus pertinentia iure optimo sequuntur exponenda; Et cum inter Pontificis, Curiaque Officiales, Ministrosque principalior sit Cardinalis Superintendens Generalis, vulgò Patronus, ideo de Eo primò agitur.

Iste igitur, licet non semper existat, est confidentialis Papæ Minister; Unde ad hoc Officium admitti solet eiusdem Frater, Nepos, vel consanguineus, vel alius, qui in Nepotem adoptatur; residet in Palatio Apostolico propè Pontificis cubicula, Habet ad ipsum accessum secretum: Certior sit omnium Negotiorum ad politicam gubernationem præcipuè spectantium, Pontifex enim manifestat illi omnia Secreta; vivæ vocis Oraculum generale, hoc est, ipsi creditur de omnibus quæ assertit accepisse à Summo Pontifice: cum Pontifex aliquomodo rescribere impeditur, concedere solet ipsi facultatem subscribendi per Concessum: Audit Instantias Principum, Oratorum, Magnatum, ac Ministrorum Extraneorum, & Curia, vel ante Pontificiam Audientiam, si ad ipsum accedere nequeant, vel post Pontificiam Audientiam, à quibus certior sit de omnibus, quæ exponere volunt, vel exposuerunt, & responsa sint à Pontifice: Superintendit ijs, quæ pertinent ad politicum Ecclesiastici Status Regimen: De more est Legatus Avenienensis, & Administra-



ministracionem habet Status Firmani, cum multis alijs prærogativis; Quavis hodie in Bulla INNOCENTII Duodecimi mirum in modum eius facultas restricta sit, præcipuè circa Redditus à Camera percipiendos. Demum subscribit Literas, aliasque Provisiones, quæ nomine Pontificis dantur pro dicti Principatus Temporalis Regimine, tam per Secretariam Status, quàm etiam per Congregationes pro eodem Regimine erectas.

### Caput XIV. De Secretario Status, & alijs Secretarijs Pontifici assistentibus, atque de Collegio Secretariorum Apostolicorum.

**S**uccedit alter Papæ Minister magnæ confidentiæ, qui Secretarius Status nuncupatur, & secundum locum in Curia occupare videtur in ijs, quæ concernunt Politicam, ac etiam in parte Civilem utriusque status administrationem, exceptis gravioribus, quæ à primo Ministro tractantur, interventu tamen istius ut plurimum; Unde hoc Officium committi solet ei, in quo Pontifex summam habet fiduciam, plerumque Cardinalitâ insignito Dignitate, vel brevi illam adepturo.

Hic, pro suo exequendo munere, plures habet Ministros, & Coadiutores, quorum aliqui sunt optimè versati in munere Secretariæ, probatæque fidei, qui Literas, & Instructiones in negotijs gravioribus, & maioris confidentiæ scribunt, quandoque ipso Secretario dictante, & quandoque revidente minutas, seu Literas preparatorias; alij verò sunt simplices scriptores, in quibus solum Characteris boni peritia attenditur; inter quos Ministros, primus, & maioris Fiduciæ est Secretarius Cifarum, qui earum compositioni, & interpretationi incumbit; atque in dies crescente Negotiorum cumulo, perutiliter viginti quatuor Secretariorum Apostolicorum Collegium fuit institutum, qui has explerent partes; ac ex eo assumi solebant Secretarij, & Consiliarij Legatorum, & Nuntiorum Apostolicorum, Nuntiaturæque munus explere obtinebant, in ipso adscripti ob merita, & peritiam in rebus politicis; De iure etiam ex hoc Collegio Secretarius Brevium desumi deberet; sed



sed quoniam hoc Officium maximam exigit peritiam Canonum, Conciliorum, Constitutionum Apostolicarum, ac Sedis Apostolicæ, Curiaque Stylo-  
rum, ob id Pontifices variè illud conservant, atque commutanti, & interdum Secretario non existente, per primum eiusdem Secretariæ Ministrum exercetur, à quo Brevia scripta ab uno è Secretarijs subscribuntur.

Per hanc Secretariam Brevium expediuntur Literæ Apostolicæ in forma Brevis nuncupata, & signantur cum Annulo Piscatoris, continentque iuxta Elenchum per Constitutionem BENEDICTI Decimiquarti, incipientem - Gravissimum Ecclesiæ -- sub die 26. 9bris emanatam Annò 1745. -- Altaria Portatilia -- Altaria Privilegiata -- Concessionnes habitus Militiæ Domini Nostri JESU Christi, aut alterius Militiæ similis -- Avocationes Causarum, & Extinctiones Litium -- Abbreviatorias Nuntiaturarum -- Indulta gaudendi Privilegio Antianitatis pro Advocatis Consistorialibus Coadjutoribus -- Creationes in Militem aurate Militiæ -- Et Comitem Palatinum -- Licentias ingrediendi in Monasterium Educationis causâ -- Facultates permanendi in Monasterio in habitu seculari -- Capiendi Possessionem nomine Camere -- Vescendi prohibitis -- Brevia facultativa magnis Magistris cuiuslibet Ordinis Equestris, vel Militiæ -- Benedictiones Agrorum contra animalia nociva -- Commutationes Voluntatis -- Confirmationes Decretorum Congregationum, & Literarum patentium Nuntiorum, aut Legatorum Sedis Apostolicæ -- Commutationes Officii Divini in alias preces -- Creationes in Generalem, aut alios Officiales Regulares -- Clericatus Camere -- Admissiones ad privilegia Civitatis, vulgo -- Cittadinanze -- Deputationes Coadjutorum in Officiis & muneribus sæcularibus -- Communicationes Privilegiorum, & Indulgentiarum -- Confirmationes Electionum Personarum -- non tamen super re Beneficaria -- Creationes Magistrorum, Abbatum, & aliorum Graduatorum Regularium -- Commissiones contra Episcopos -- Dispensationes super defectu ætatis tredecem Mensum, vel alterius temporis, ad effectum suscipiendi Ordines -- Declarationes Cappellæ publicæ -- Derogationes Fidei commissorum -- Doctoratus -- Deputationes Commissariorum, Visitatorum, Collectorum Auditorum, & Notariorum Nuntiaturarum, & aliorum similium -- Dispensationens super Bigamia, aut alio simili impedimento obsistente Re-

cepti-



ceptione in Militijs, & Ordinibus Equestribus -- Licentias concedendi  
 Bona Ecclesiastica in Emphyteusim ad tempus & ad tertiam generatio-  
 nem, dummodò tamen Canon, aut Censùs annuus, summam decem Du-  
 catorum Auree Camera non excedat, prout reperitur in Regestris - Ere-  
 ctiones Marchionatus in Principatum, aut Ducatum, vel Comitatum --  
 Erecciones Montium, Collegiorum, & Provinciarum pro Regularibus --  
 Dismembrationes Conventuum ab antiqua Provincia, ad effectum erigendi  
 aliam, Oeconomatus -- Erecciones Archiconfraternitatum cum facultate  
 aggregandi -- Facultates Universitatibus studiorum -- Facultates Epi-  
 scopis Suscipiendi munus Consecrationis - Licentias patrocinandi in Cau-  
 sis Civilibus - Retinendi familiam in Monasterio - Facultates absolven-  
 di a Casibus reservatis - Retinendi Sacrum Oleum Infirmorum - & as-  
 servandi Sanctissimum Eucharistie Sacramentum - Facultates Sancte Ro-  
 mane Ecclesie Cardinalium, Legatorum, Nuntiorum, & Episcoporum  
 Pontificio solio assistentium - Facultates assumendi nomen, & titulum  
 Archiepiscopi, etiamsi Pallium quis non habeat - Gubernia - Indulgenti-  
 as Ordinarias, & extraordinarias -- Indulta emittendi Professionem ante  
 completum annum Novitiatùs - Emittendi pariter Professionem in Con-  
 ventu non destinato - utendi Pileolo in celebranda Missa - Non incedendi  
 in habitu, Ratione Pensionum, iuxta Constitutionem SIXTI Quinti ad  
 Triennium - Impositiones super Ecclesiasticis - Cruciatas - Prorogatio-  
 nes Pensionum - Exemptiones à Vectigalibus, Processionibus, & oneribus  
 - Licentias ingrediendi Monasteria, & pernoctandi in eis - Creandi Cen-  
 sus, eosque extinguendi - Permutationes Bonorum, non tamen super Ma-  
 teria Beneficiali, vel Ecclesiastica - Indulta capiendi Possessionem post  
 signatam supplicationem, & ante expeditionem literarum tam pro Epi-  
 scopis, quam pro quocumque Beneficio Ecclesiastico, ad sex menses - Per-  
 cipiendi fructus in absentia, & non residendo - Permanendi extra sta-  
 tum Ecclesiasticum - Habendi fenestram, Cancellos, & Ianuam in publi-  
 cis Ecclesijs - Recipiendi Sacram Communionem in privatis Domùs Ora-  
 torijs - Retinendi, & Legendi libros prohibitos - Exercendi opera servi-  
 lia diebus festivois - Celebrandi in loco patrati delicti - Incedendi in ha-  
 bitu Laicali, ad effectum dumtaxat gaudendi Privilegio Fori, & re-  
 tinendi



Vinendi Pensiones, ut supra - Legitimationes - Concessionēs habendi lo-  
 cum in Consilio Ferrariensi, aut alternis Civitatis, & Terræ Status  
 Ecclesiastici - Dispensationes Matrimoniales pro Principibus supremis - Ora-  
 toria privata - Creationes Prothonotariorum Apostolicorum non partici-  
 pantium - Prohibitiones extrahendi libros, Paramenta, & utensilia Sacra  
 - Revocationes talium prohibitionum - Prorogationes ad tempus, non ta-  
 men ad præsentandum, aut publicandum, vel ad suscipiendos Ordines,  
 seu aliquem Gradum, iuxta decretum appositum in supplicatione per Da-  
 tariam - Facultates privativas imprimendi libros - Revalidatorias, seu  
 perinde valere super Brevibus iam expeditis - Loca, seu Officia quadra-  
 ginta Virorum Reformatorem status Bononiensis, & Resignationes eo-  
 rundem Locorum, seu Officiorum - Restitutiones in integrum, dummodo  
 non sint in materia Beneficiaria - Reductiones Onerum, & Missarū - Con-  
 cessiones privativæ Venationis - Provisiones Ecclesiarum in Partibus In-  
 fælium ad instantiam, vel commodum Congregationis de Propaganda  
 Fide favore Vicariorum, necnon Ecclesiarum Scotiæ, & Hiberniæ, quæ  
 à prædicta Secretaria gratis conceduntur - Auditoratus Rotæ Macera-  
 tensis. Ferrariensis, & Bononiensis, - Officia Signaturæ - alia Officia, &  
 Munera sæcularia, quæ à Romano Pontifice sæcularibus conferuntur, &  
 quæ per Breve expediri consueverunt, & similia, quæ respiciunt sæ-  
 cularitatem sine ulla connexionē cum re Beneficiaria, cuiusmodi sunt Ca-  
 pitaneatus, Baroncellatus, Fiscalatus, & similia, necnon deputationes  
 Coadiutorum in eisdem - Licentias Personis Ecclesiasticis suscipiendi  
 Tutelam Minorum & Nobilibus Mulieribus Viduis, suscipiendi Tutelam  
 Filiorum - Item Personis Ecclesiasticis studendi Juri in publicis studio-  
 rum Universitatibus - Extrahendi Reliquias - Versandi cum Hæreticis -  
 Locandi ad tempus - & Indulta liberandi eos pro Confraternitatibus.

Gratiæ autem, quæ tam per Secretariam Brevium prædictorum,  
 quam per Datariam Apostolicam promiscuè iuxta dictum Elenchum po-  
 terunt expediri, sunt sequentes, nimirum - Confirmationes Contractu-  
 um Statutorum, Privilegiorum, Ordinationum, Concordiarum, & Trans-  
 actionum, tam in forma communi, quam in forma specifica - Absolutio-  
 nes cum dispensationibus ad Ordines super Irregularitate proveniente ex  
 defectu



defectu Corporis, vel ex delicto, non tamen Homicidij in statu Ecclesiastico commissi - Confirmationes Decreti Julicis - Derogationes Statutorum Urbis Spoletanæ, & aliarum Civitatum super excessu Dotis - Dispensationes super præmissis Irregularitatibus cum prædictis restrictivis - Extra tempora tam pro Italis, quam pro Ultramontanis - Erektiones Confraternitatum - Indulta medendi, & exercendi Chirurgiam - Indulgentiæ perpetuæ pro Confraternitatibus - Licentiæ transeundi ad Ordinem strictiorem - Licentiæ se immiscendi in Criminalibus - & Restitutiones adversus lapsum quinquennij - Brevia autem, quæ per hanc Secretariam expediuntur, si concernant Indulgentias Ordinarias, gratis sunt expedienda; exceptis quibusdam Casibus extraordinariis, quorum occasione aliquid solvitur; si verò alia, semper solvitur quædam summa determinata, vel determinanda iuxta Negotij qualitatem.

Alter Secretarius Literarum ad Principes, pariter in Palatio Apostolico assistit, per cuius Organum aliquæ Literæ in forma Brevis; in Pelliceis membranis latino Idiomate scribuntur, Responsionis, Invitationis, aut Monitionis gratiâ, quæ per Pontificem Imperatori, Regibus, Principibus, seu ipsorum Vicarijs, supremis Magistratibus, aliquibus Magnatibus, Nobilibus Viris, aut Magnis Prælatibus mitti solent.

Succedit alter Secretarius, Memorialium dictus, qui etiam in Palatio Apostolico assistens, Memorialia, supplicesque libellos Papæ porrectos statutis diebus & horis refert ipsi Pontifici, acceptoque Oraculo in eiusdem libelli dorso notat rescriptum; Quæ omnia Officia recensitam Politicam, non forensam Curiam respiciunt, & ad Aulam potius, quam Curiam spectant.

Alerat quoque circà Forensia contentiosa Officialis, qui Secretarius, seu Magister Brevium dicebatur, & habebat Venale Officium, cum insignijs, & honoribus Prælaturæ adnexæ, & extra Pontificium residens Palatium pro illis Brevibus; & Literis, quæ expediuntur pro Commissionibus, vel delegationibus causâ Appellationis in integrum, quæ extra Curiam, seu in Partibus mittuntur, seu diriguntur Episcopis Vicinioribus, vel alijs Personis in Ecclesiastica Dignitate constitutis; At à

recol: mem: Pontifice BENEDICTO Decimoquarto ipsum Officium in  
per



perpetuum applicatum, & appropriatum fuit pro suis Redditibus Camera Apostolicæ, & constitutus fuit Officialis cum congrua Mercedis Assignatione, ad hoc ut sub Datarij directione, nomine tamen Camera Apostolicæ Officium ipsum fideliter exercent, & administraret, prout Secretarius, seu Magister Brevium pro tempore exercuit, ac de perceptis, seu exactis emolumentis, statutis temporibus, & quodcumque opportunum visum fuerit, rationem reddat, prout in Instrumento per Acta Castellani unius ex Camera Apostolicæ Secretarijs sub die quinta Julij Anni 1742. confecto, & stipulato latius, & uberius continetur.

### Cap. XV, De alijs Officialibus, ac Ministris Pontificis, in Palatio Apostolico residentibus.

**C**ompluribus ex Papæ Officialibus omissis, de aliquibus tractabimus, & primò de Magistro Sacri Palatii Apostolici, qui semper est Religiosus Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ eximius Professor, habens Socium eiusdem Ordinis tanquam Vicarium; geritque munus Theologi Pontificis, & fuit ab initio assumptus, ad hoc, ut in rebus ad Fidem pertinentibus privatis in occasionibus illum informaret, tanquam in illis materijs Consultor, atque munus Auditoris explebat: At erectâ postea Congregatione Sancti Officij, institutoque Auditore Domestico, à Pontificibus diminuta fuit eius Authoritas, quæ hodie versatur solum in revisione, & licentia Librorum prohibitorum, & in Districtu imprimendorum, qui Districtus respectu ipsius extenditur ad Centum milliaria, & Concessione, Facultatibusque legendi, vel retinendi libros prohibitos; atque in alijs prærogativis alibi recensitis; existitque fixus, & continuus Concionator Palatii, seu Familiæ Papæ consuetis prædicationis temporibus.

Secundo, recurrit examinandus Auditor Domesticus Pontificis, cuius munus consistit principaliter in adjuvando Pontifice in studijs, quando intervenit in Congregationibus, sive alijs Negotijs per se ipsum explicandis, in accipienda informatione qualitatum, & habilitatis Promovendorum ad Episcopales Ecclesias; atque in diligenti, serioque studio eorum,



quæ concernunt recursum ad Signaturam Gratiæ, interpretationeque Decretorum pro alijs recursibus; Partibus ad ipsum recurrentibus; cum similibus, Tertio: Recensetur Præfectus Palatii Apostolici, qui est tanquam Governator, & Rector ejusdem, ac Provisor Familiæ Papæ, dictus Major Domus; Qui per Constitutionem CLEMENTIS Papæ Duodecimi declaratus fuit etiam Governator Conclavis, & Burgi tempore Sedis Vacantis: Iste inter alia habet Jurisdictionem privativè quo ad cæteros Judices, & Tribunalia in omnibus Causis Civilibus, Criminalibus, & Mixtis omnium Intervenientium Palatio Apostolico, etiamsi in eo non resideant, adeo ut speciem Tribunalis constituat, habendo Auditorem, aliosque Ministros. Cæteri verò Aulici omittuntur Officiales, quia nullam habent Jurisdictionem.

## Cap. XVI. De Datario, & Datariaë Officialibus.

**D**atarius à datando dicitur, eo quia apponit Datam in Provisionibus, & Gratijs. Alibi etiam antiquitus consuevit: Decens est Pontificis Officialis, ac Minister, institutus ad apponendam Datam, id est tempus in concessionibus Gratiarum, præcipuè circa Beneficiorum Collationes, ut plurimum ea impetrantium; Litigia ratione temporis, vel qualitatis ipsorum tolerantur; Nam licet antiquis temporibus Beneficia tantum sui Episcopatus Pontifices conferrent, introductis postea ipsorum reservationibus, vel affectionibus, ratione vel temporis, vel Rei, vel Personæ, vel qualitatis Beneficij, vel accidentalis appositionis; Munus ipsorum, quibus Ordinariorum Jurisdictio valde fuit restricta, auctum remansit. Quoniam complurima Beneficia extrà sui Diocesim conferre ceperunt; quorum Majorum provisiones per Consistorium fiebant, & Cancellariam: Minorum vero per supplices libellos manu Papæ signatos; Ideoque hoc Datarij munus iniungitur aut Prelato maximè qualificato, aut Cardinali, tanquam Ministro maximæ fiduciæ, Consiliarioque Pontificis, cum nominis tamen differentia, Prelatus, Datarius, Cardinalis verò, Pro -- Datarius nuncupatur, quasi quod per modum provisionis Datarij munus perexpleat.



Iste Minister, qui cum quotidie ad Pontificem accedat cum supplicationibus, ut ab ipso signentur; non solum Petentibus Beneficia, aliasque Gratias multum prodesse potest, verum etiam in Beneficijs non excedentibus Vingtiquatuor Ducatorum de Camera valorem, plenam auctoritatem habet conferendi ea absque Pontificis Scientia, cui libuerit, ac remittendæ Compositionis partem, in qua quædam Gratiæ, iuxta Datarie stylum, modò in maiori, modò in minori summa taxantur. Plures habet Coadiutores, & Officiales, quorum omnium munera tendunt ad fraudes evitandas, & adeo gravia Negotia fideliter, recteque administranda.

Inter hos Officiales duo Maiores existunt, -- Sub Datarius nempe, qui ex Advocatorum Ordine in Beneficiali materia bene peritus assumi solet, & alter, qui per Obitum dicitur, ex Ordine Procuratorum, vel Expeditorum Datarie, maximam Negotiorum Praxim ipsius habens; & ambo habent Substitutum, ad quorum primum spectat inspectio supplicationum Beneficiorum vacantium non per Obitum, sed per aliam causam, aliorumque Datarie Negotiorum: ad secundum verò Beneficiorum Vacantium tantum per obitum Beneficiati; ac videntur esse Assessores, & Consiliarij Datarij, qui eorum informatione, & Consilio in Congregationibus quotidie haberi solitis, auditis Partium instantijs, Contradictionisque, ac examinatis Petentium qualitatibus, Negotia Pontifici proponenda optimè parat, cui singulis fere diebus proponit flagitantes gratias, eorum qualitates fideliter referendo, ut electio fiat, quæ secutâ, porriguntur Pontifici supplicationes Præelectorum, præcipuè ad Beneficia, atque etiam alia, quæ conceduntur sine concursu, postquam in ijs factum est in Calce Summarium à substituto vel Sub Datarij, vel per Obitum, iuxta materiarum qualitatem, & ab iisdem Officialibus post earum discussionem, vel admisse sunt, vel rejectæ, donec à Partibus difficultatibus satisfiat, quas propria manu Papa signat, atque subscribit duobus in locis; in medio nempe, & in margine; cui Functioni etiam Sub Datarius solet assistere, & Datario impedito, illius explet munus.

Signatis Supplicationibus manu Papæ, ponitur in extremitate ipsarum parva data à Datarie Officiali, Parvæ datæ nuncupato, & fa-



*Et* quadam revisione, apponitur ab ipso Datario Magna Data, aliâ sub  
 lato, & mittuntur ad Officiales, ut Componenda solvenda sit, sin secus  
 ad alium Officiale demissis denominatum; Deinde ad primum, &  
 secundum Revisorem, Quorum est illas maturè examinare, & addere,  
 vel minuire Clausulas in ijs componendas, vel appositas, ac Corrigen-  
 da corrigere. Post quam Revisionem transeunt ad Registrum secretum, vel  
 publicum per manus Magistri Regestrorum, quas bene recognitas infe-  
 rioribus Registratoribus distribuit, qui eas fidelitè registrant in Libris,  
 seu Regestris rectè Ordinatis, in Apostolico Archivio reponi solitis. Per  
 quam Registrationem sequi dicitur Gratiae perfectio, & Jus quæsitum  
 Impetranti; Ac tandè consignantur Expeditoribus, ut Literæ expedi-  
 antur pro Gratiae executione, & effectu. Etiam pro Matrimonialibus  
 Dispensationibus adest particularis Revisor; & paritè pro Excommuni-  
 cationibus, ad effectum, ut Bona ab aliquibus iniuste detenta releventur.

Ad Datariam pertinent Collationes Beneficiorum præcipuè re-  
 servatorum, vel affectorum Sedi Apostolicæ, exceptis regularitè Ma-  
 joribus ad Consistorium pertinentibus; Dispensationes Matrimoniales; Re-  
 servationes Pensionum in Beneficijs; Beneplacita in alienationibus rerum  
 Ecclesiasticarum supra Summam Ducatorum Decem Aureorum de Ca-  
 mera; Dispensationes Irregularitatum, & similibus Impedimentorum,  
 etiam ad Dignitates Ecclesiasticas assequendas & Interstitiorum rati-  
 one Ordinum pro ultramontanis, & Transmarinis; Concessionem aliquo-  
 rum Officiorum Venalium Romanæ Curie, cum similibus.

Demùm hoc Datarie Tribunal, licet sit potius gratiosum, quàm  
 contentiosum, quia Gratiae per Pontificem concessæ per ipsum explican-  
 tur; attamen contentiosa quoque in eo Locum habent, quæ inter Partes  
 aguntur, & Summarie pertractantur; Ac in declarationibus, alijsq; gestis  
 circa mentem dicta, & facta Pontificis, Datario, suo utendo munere,  
 adeo creditur, tamquàm Ministro informato, ut non admittantur proba-  
 tiones in contrarium; Qui, in rebus minoribus, & concedi solitis, Sup-  
 plicationes subscribit per Concessum, & aliquandò in gravioribus ex  
 speciali commissione Pontificis subscribere impediti; habetque Faculta-  
 tem, Supplicationes etiam Signatas, revisas, & registratas, ex iusta  
 Causa revidendi.



## Cap. XVII. De Cardinali Vice Cancellario, & de Cancellariæ Apostolicæ Officialibus, eorumque Muneribus.

**A**B Ecclesiæ incunabilis hunc Ministrum institutum credendum est, licet de eius nomine varietas esse potuerit; cuius Magna est præstantia, tum quia Fixum habet Titulum Sanctorum Laurentij, & Damasi, ac habitationem in Regio Cancellariæ Palatio, in quo, tamquam in Loco publico, ipsa Cancellaria per speciem Magni Tribunalis diebus Martis, & Veneris habetur, aliæque publicæ peraguntur Functiones; tum quia primaria, & graviora Sedi Apostolicæ publica, Solemniaque negotia pertractat, uti Acta Consistorialia, Provisionumque Apostolicarum Literæ Solemnes in Forma Authentica, sub antiquo Plumbi Sigillo per eius manus transeunt; Tum quia maxima habet Emolumenta, ac turnatim nonnulla Cancellariæ, etiam Prælatiis confert Officia: Quamvis talia Emolumenta post Mortem Cardinalis Petri Ottoboni, secutam tempore Conclavis Anno 1740. à Summo, Pontifice Benedicto Decimo-quarto reducta sint ad tria millia Scuta, & reliqua applicata favore Reverendæ Camere Apostolicæ; & deinde Vice Cancellarius Cardinalis Thomas Ruffo etiam dicta millia Scuta cessit favore dictæ Reverendæ Camere.

Mediantibus Officialibus, ac Ministris annotantur Decreta Consistorialia, præcipuè circa Provisionem Ecclesiarum Cathedralium, Reservationem Pensionum in illis, ac iuxta ipsorum formulas efformantur Literæ, Bullæ nuncupate sub Plumbo, eodem modo, quo efficiuntur per eisdem Cancellariæ Scriptores, & Officiales, aliæ super Provisionibus aliorum Beneficiorum, & Dispensationibus, aliisque gratis per Organum Datarie concessis; Pro quarum recta expeditione plures instituti sunt Cancellariæ Officiales; Quorum aliqui sunt Maiores, Prælaturam annexam habentes; uti sunt Cancellariæ Regens, qui est Iudex ordinarius omnium Litigiorum super eiusdem Negotijs, ac distribuit omnes Bullas Abbreviatoribus, ad hoc ut illas examinent, quibus revisis, ap-  
ponit



ponit intus signum Lineæ, ac Literam, Principium Nominis Vice Cancellarij: Abbreuiatores de Maiori, & Minori Parco, seu Præsidentes, qui sunt duodecim & quoddam Collegium, seu Tribunal constituunt, in quo deducuntur dubia, quæ oriuntur circa Gratiarum concessarum expeditionem, ipsiusque modum, habentes Substitutos, qui supra dictas Supplicationes, exemplar pro describendis Bullis efformant. Aliqui Minores, ut Summista, Scriptores, Secretarij, Plumbatores, Equites, Scutiferi, Prothonotarij, & similes, qui omnes Cancellariæ Officiales existunt.

Cancellariâ duobus diebus in hebdomada congregari solet in præfatis Palatio, ut supra diximus; ad quod conveniunt omnes eiusdem Officiales, Notarij, & similes Ministri, vel habentes interesse ad Subscribendas Literas, ad emolumenta percipienda, & similia peragenda, Literarum expeditionem concernentia: In ea pariter habentur publicæ Disputationes, coram Cardinalium Collegio, Auditorum Rotæ, & Advocatorum Consistorialium, cum ad huiusmodi cooptantur munera.

Uterius Vice Cancellarius, eiusque Officialis Facultatem habent addendi, vel accomodandi in Literis Apostolicis, quæ in Supplicatione non continentur; dummodò Substantialia pendentia a voluntate Pontificis non respiciant, sed tantum accidentalia circa Clausulas, & similia; atque Cancellariæ Regens participationem aliquam in Negotijs Forensibus habere videtur. Quoniam in singulis Commissionibus, quæ per utramque Signaturam signantur, ad ipsum pertinet nomen Iudicis Commissarij apponere, Causasque Commissarias inter Auditores Rotæ, Cardinales, vel Præsules, iuxta Negotiorum qualitatem distribuere.

## Cap. XVIII. De Cardinali Pænitentiaro, & de Pænitentiariæ Tribunali.

**I**ste quoque Pontificis Minister, ac Officialis in Primitiva Ecclesia constitutus videtur; Nam cum Pontifices, alijs occupationibus impediti, per se non possent omnes Absolutiones in gravioribus delictis sibi reservatas præstare, alijsque ad dispensationes, & Spiritualium administrationem



strationem pertinentibus incumbere, necesse fuit istum instituere Ministrum, ut ipsorum vices in ijs suppleret.

Huius itaque magna fuit olim potestas in Spiritualibus, respectu tam Fori interni, quam externi; per ipsum enim omnia ferè negotia explicabantur; Quæ hodie per Datariam, Breviumque Secretariam expediuntur; Postea verò illius potestas quò ad ea, quæ Forum externum respiciunt, in totum quasi corrùit, dùm solim aliqua modicæ Superfina Reliquiæ eiusdem circa Minores dispensationes Matrimoniales in remotioribus Gradibus, quæ in Cancellaria Apostolica per Penitentiariæ Officiales expediuntur.

Munus istius propriè versatur circa Absolutiones, & Dispensationes Censurarum, Irregularitatum, aliorumque Pape reservatorum, in Foro interno; atque per duplicem Ministrorum Speciem explicantur; quarum una est Religiosorum Sacerdotum, qui Penitentiæ Sacramentum in tribus principalioribus Urbis Basilicis Ministrant; Lateranensi videlicet, in qua adsunt Religiosi Ordinis Minorum Observantium Reformatorum; Vaticanâ Societatis JESU; & Liberiana, seu Sanctæ MARIÆ Maioris Ordinis Prædicatorum, qui omnes sedentes in Confessionarijs, Virgam manu tenent in signum Potestatis.

Alterâ est illorum, qui regunt Penitentiariam per quandam Tribunalis Speciem; Statutis enim diebus, sive ad arbitrium Penitentiarij iuxta negotiorum urgentiam, & qualitatem in eiusdem Palatio congregantur; Regens nempe Penitentiariæ, qui Maior est Cæteris, habens Facultatem concedendi aliquas absolutiones, & Dispensationes concedi solitas, ac esse solet unus ex Rotæ Auditoribus; Sigillator Brevium, & Summator, ut plurimum Prælati existentes; Doctor in Decretalibus, Canonista nuncupatus, qui quandoque est Prælatus, quandoque non; & Religiosus Professor Theologiæ, Theologus Penitentiariæ dictus, quorum Voto Penitentiarius decernit, an, & quæ absolutiones concedi possint ac debeant; Atque in dubio Pontificem adit vel ipse, vel Penitentiariæ Regens, ut Oraculum, & auctoritatem ab eo recipiat.

Ultra prædictos Maiores Officiales Tribunal Constituentes, adsunt alii Officiales minores, tres nempe Procuratores in hac materia



beneficenti, qui per Turnum inter se distribuunt Supplices Libellos, sine nomine porrectos, cum signo N.N. & Supplicationes, iuxta Tribunalis Stylum efformant, quas postea in Congregatione proponunt; Officialesque, an admitti debeant, pro Stylo consulunt; illisque signatis alij Officiales, qui scriptores dicuntur, de Commissione Procuratorum, Literas, vel Brevia ad formam Supplicationum Scribunt, ut postea Subscribantur, claudantur, ac Sigillentur, quæ Oratoribus gratis consignantur; Atque istorum minorum Ministrorum Officia conferuntur per concursum: cætera verò ad Pontificis libitum.

Per huiusmodi Brevia ab hoc Tribunali expediuntur dispensationes super occultis Irregularitatibus ex Causa Homicidij, vel Illegitimorum Natalum, aut alterius defectus; Revalidationes Matrimoniorum; habentium impedimentum, dicimus occultum; & Simoniacarum Provisionum, demandatâ restitutione fructuum, vel compositione cum Camera, aut alio; Absolutiones à Censuris, præcipuè Excommunicationibus Maioribus, etiam publicis, & per Judicis Sententiam Latis; si illis innotata Romam veniant; at si iustâ Causa fuerint impediti, datur per Breve facultas ordinario illos absolvendi, impositâ satisfactione, ac in reliquis absolutiones pro occultis tantum, & Facultates Religiosis utriusque Sexus eligendi sibi Confessarium in Casibus reservatis, cum similibus, quæ fuis exponuntur in Bulla INNOCENTII Duodecimi, quæ incipit -- Romanus Pontifex.

## Caput XIX. De Cardinali Camerario, ejusque Officialibus, & Tribunali,

**S**ublato Cardinalis Archidiaconi Officio pro administratione Cameræ Apostolicæ, & Fisci, institutus fuit Cardinalis Camerarius, cuius ab initio maxima fuit authoritas in Urbe, & eius districtu in Negotijs & Causis ad Cameram Apostolicam, eiusque Fiscum pertinentibus; Postea verò imminuta fuit, & collata aliis Officialibus, qui antea ei subordinabantur; Uti sunt Auditor eiusdem Cameræ, Gubernator Urbis qui Vice Camerarius dicitur, Thesaurarius, & similes, qui hodie Tribunalia constituunt; ideoque ipsi remansit Superintendentia in Cameræ Tribunali, quod



quod componitur ex duodecim Camera Clericis Prælatiſ, Auditore e-  
iuſdem Camera, Gubernatore Urbis, & Theſaurario, aliisq; habenti-  
bus Votum Conſultivum tantum; & iuxta Negotiorum ad Camera  
Speſtantium exigentiam congregantur in Palatio Apoſtolicò; atque Præ-  
fecturam habet in Univerſitate Sapientia. Cæterum in alijs eius Ju-  
riſdictio, & Authoritas non extenditur ultra Urbem, & Diſtrictum, quæ  
maximè fulget Sede Pontificali Vacante, & ad directionem Conclavis.

Camera etiam congregatur die feſto, & Vigilia Sanctorum Apo-  
ſtolorum Petri & Pauli in Palatio Vaticano propè Baſilicam Principis Apo-  
ſtolorum, ad effectum recipiendi legitimè Tributa, Cenfus, aliasque Re-  
ſponſiones, quæ eidem debentur ratione Feudorum, aliarumque Conceſſio-  
num, & eſt Judex Appellationis à ſententijs, & Decretis ipſius Camera-  
ri Auditoris, Theſaurarii, ac Præſidum; & vari ſunt caſus, in quibus,  
cognoſcit in prima Inſtantia: Solvuntur Propinæ ratione Sententiarum  
in ea, prout in Rota; ac circa adminiſtrationem Palatii Apoſtolicì, Sede  
Vacante, Maxima eſt eius Jurisdictio; Atque demum iſti omnes Camera  
Official'es fruuntur varijs exemptionibus à publicis Oratoribus.

## Caput XX. De Auditore Camera, & The- ſaurario, ac eorumdem Tribunalibus.

**C**um in præcedenti Capitulo facta ſit mentio Auditoris Camera, &  
Theſaurarii, quorum Jurisdictio latius, quam cæterorum Camera  
Officialium extenditur; Ideoque de iſtis modo agitur.

Auditor igitur Camera, qui primus Prælatuſ in Curia cenſetur,  
omneſque alioſ præcedit, excepto Urbis Gubernatore, tamquam Vice-Ca-  
merario; eſt Judex ordinariuſ, & competens omnium Prælatorum, ac  
etiam Cardinalum, & Principum, exceptiſ ijs, qui ex Privilegio e-  
xemptionem habent, atque peculiaribus ſubſunt Judicibus, ac in Cu-  
ria iudicat etiam in prima Inſtantia in omnibus utriuſque Fori Sæcu-  
laris, & Eccleſiaſtici Cauſis, tam Civilibus, quam Criminalibus: Ha-  
betque cumulativam cum alijs Judicibus ordinarijs, inter quos eſt  
locuſ Præventioni, exceptiſ aliquibus Caſibus, nempe Came-  
ralibus



ralibus, & utriusque Fisci, habentibus Iudices particulares privatorum quo ad ceteros, merè Beneficialibus, Matrimonialibus, merè Spiritualibus, ac ijs Regularium, quas non congruit tractari, & audiri in Tribunalibus contentiosis; atque etiam extra Curiam, eiusque Districtum, si Iudices ordinarij impediuntur, vel non valeant iudicium tractare in executione Literarum Apostolicarum, quarum est Generalis Executor, quoties deputati Executores manus apposuerunt, præcipuè illarum in forma Brevis, vel quæ expediuntur super Ecclesiasticis Pensionibus: Pariter est executor Sententiarum Iudicum, & Magistratum Status Ecclesiastici, omniumque conventionum, vel obligationum, quæ, ex Statutis vel Stylis particularibus Locorum processum executivum habent, Prout executio procedit in Causis inter Mercatores Urbis, in recipiendis Appellationibus eo modo quo ad Papam atque privativè quo ad ceteros in executione obligationis Cameralis.

Istius Tribunal componitur ex ipso tamquam Capite, & tribus Locum tenentibus, duobus nempe Civilibus, & Prælati, & uno Criminali Togato, & insuper adest eiusdem Auditoris Auditor, a quo interponuntur Decreta nomine Auditorismet; qui omnes ad arbitrium Pontificis decernuntur.

Pro Cognitione verò Causarum Criminalium, qualibet Feria secundâ coram ipso, in eius Domo habetur Congregatio; in qua interveniunt dictus Locum tenens Criminalis, aliqui eius substituti, eius Auditor domesticus, Advocatus Camere, & Fisci, & Procurator Generalis eiusdem Fisci, Et etiam adsunt in eo Notarij, & alij Ministri: Denum ipsius Monitoria, & Inhibitiones extra Statum Ecclesiasticum expediuntur in Carta Pergamenea; cum similibus.

Thesaurarius Generalis est Iudex, ac omnium Reddituum Papæ, atque Camere emolumentorum, eiusque Fisci tam Ecclesiastici, quam Temporalis Director; Ideoque Ecclesiasticam & Laicalem habet Jurisdictionem: Præest enim Collectoribus Spoliorum, & fructuum Ecclesiarum, seu Beneficiorum Vacantium, aliorumque Jurium ad Fiscum merè Ecclesiasticum pertinentium in omnibus Orbis Catholici partibus existentibus, Eorumque est Iudex Appellationum, & Recursuum in Causis ad Came-



*Cameram, vel Fiscum spectantibus: & in Statu Ecclesiastico est Collector Generalis Spoliorum, & Fructuum Ecclesiarum, Beneficiorumque Vacantium, & aliorum Emolumentorum Cameralium; ob idque deputat Subcollectores, aliosque Ministros pro eorum exactione; atque est Iudex ordinarius primæ Instantiæ omnium Causarum, in quibus Camera, aut Fiscus mediatè vel immediatè interesse habet. Concedit ex Papæ Commissione Appaltus Gabellarum; De ijs imponendis, vel Supprimendis cognoscit: Montium Cameralium, Baronialium, uel Communitatum Curam habet, ut Superintendentiam; & propterea est Caput Congregationum Montium, Baronum, Communitatum, & Computorum, atque in ijs, quæ spectant ad Forum contentiosum regit Tribunal per se, & per suum Auditorem; in quo pro Sententijs solvuntur sportulæ.*

*Atque hæc circa Forenses Curiam, universalem Ecclesiæ Gubernationem respicientem dicta sufficiant, ommissa tractatione eorum, quæ tantum respiciunt Status Ecclesiastici, vel Districtus Urbis Gubernium.*

## Cap. XXI. De Negotijs, ac Materijs, quæ tractantur, ac expediuntur in Curia Romana.

**C**Um huc usque de varijs Tribunalibus, Congregationibus, ac Officijs Romanæ Curie Actum sit, non immeritò de Negotijs, ac Materijs, quæ in ea tractantur, & expediuntur, sequitur agendum, & primò de Beneficialibus, ideoque.

### § I. De Impetratione Beneficiorum

Impetrantur Beneficia in Curia Romana varijs modis, & præcipuè vacatione per obitum Beneficiorum, vel mensibus Sedi Apostolicæ reservatis, vel ob ipsorum reservationem eidem, respectu tam Beneficiorum, quam obtinentium, vel ob ipsorum devolutionem, cum ordinarij Collatores intra sex Menses ea non contulerunt, cum similibus.

Secundò assumptione Beneficiati ad aliquam dignitatem Episcopalem, aut similem, quo casu ipso Jure vacant; aut adeptione alterius Beneficij



Beneficij melioris, & incompatibilis, quo casu, obtinentes novum Beneficium tenentur dimittere primum, cum alterius Possessionem pacificam ceperint, vel alio tempore, ad arbitrium Pontificis, liberè in manibus ipsius intra quadraginta dies: ob idque obtento novo mittit supplicationem dimissionis primi, & tunc ab alijs potest impetrari; & impetratio per dimissionem nuncupatur, habetque locum in Curia, si novum vacaverit Mense Pontificio.

Tertio: Cessione facta à Beneficiato, quando Supplicatio est registrata, adeo ut Gratia dicatur perfecta, sed adhuc non sunt Bullæ ipsius expeditæ, quia tunc Beneficium ob non expeditionem Bullarum, & Possessionem non adeptam, non potest resignari, sed tantum cedi.

Quarto; Ingressu, & Professione Religionis, ac Matrimonio à Beneficiato contracto, quibus in Casibus Beneficia vacant factis ob status incompatibilitatem.

Quinto: Ob non publicationem iuxta Constitutionem GREGORII Decimiertij, de qua infra, quæ est difficilis probationis, cum fundetur super negativa, & solum de facili probaretur, si non essent expeditæ Bullæ Resignationis, nam cum Resignatarius Bullas non habeat, nec receperit, publicationem ipsarum facere nequivit.

Sexto: Privatione Beneficiati ob aliquod delictum ab ipso perpetratum; nempe ob Simoniacam confidentiam, non delationem habitus, Homicidium, aut simile, ob quæ Sacri Canones privant Clericos Beneficijs, quorum Impetratio dicitur Generali Vocabulo -- Certo Modo -- Et quamvis Impetrantes tali modo directè difficillimè suum desiderium adimpleant, indirectè tamen, ut plurimum Beneficia assequuntur per viam subrogationis Gratiöse in mortui Colligantis locum: vel tandem movendo item alicui Beneficiato seni, in quo Conscientia attendenda est.

## § II, De Resignatione Beneficiorum.

ETiam per Resignationem quis Beneficium adipiscitur, quæ est Beneficij legitime facta dimissio, & dividitur in puram, cum purè fiat in manibus Superioris, & in condicionalem, cum ad favorem Tertij, & hæc ut simpliciter, quo casu faciliter admittitur, dummodò Resignans, in Sacris Ordinibus constitutus, habeat aliundè congruam sustentationem; aut



aut cum reservatione Pensionis sui, vel alterius favore, cuius quantitas in Beneficijs simplicibus est arbitraria, ac valet ascendere ad duas ex tribus partibus ipsorum fructuum; In Canonicatibus, & Dignitatibus Cathedraliũ, & Insigniũ Collegiatarũ talis esse debet, ut ex reliquis fructibus Resignatarius, seu Beneficiatus decenter gradum suum sustinere queat; In alijs Canonicatibus usque ad dimidium Fructuum; In Parochialibus vero olim usque ad congruam Parochorum, quæ est Centum Ducatorum de Camera, & cedi non debet; ac difficiliter admittebatur in ijs Resignatio, nisi Resignans ea non possedisset saltem tribus annis, & urgentes adessent Cause; at per Decretum INNOCENTII Duodecimi emanatum Anno 1693. & renovatum, seu confirmatum à BENEDICTO Decimotertio Anno 1725. non potest amplius imponi pensio in ijs, quamvis alij Pontifices ipsorum Successores illam admiserint, aliqui sub titulo Pensionis, alij sub illo alimentorum; Quapropter hæc Decreta non sunt semper strictè observata: atque in Episcopatibus, pariter usque ad congruam, quæ est mille eorundem Ducatorum de Camera; Bene verum est, quod si Beneficiatus vellet agere pro Reductione Pensionis, Pensionario sat esse probare, remanere ultra Pensionem mille Ducatos, seu Scuta monetæ Regionis, in qua adest Episcopatus.

Cæterum Pensionis quantitas reducenda est ad Ducatos de Camera, alias compositio solvenda notabiliter augetur, & si Beneficium resignandum sit Jurispatronatus Laicorum, requiritur Patronorum consensus, saltem post factam Resignationem, atque advertendum est, quod Pensio non excedat valorem Fructuum ut supra, aliter, corrui; Licet quandoque Resignans reservet sibi pro Pensione omnes fructus Beneficij simplicis resignati, si Resignatarius habeat alia Beneficia, supra quibus etiam illam imponit; & aliquando reservat sibi regressum ad Beneficium resignatum, in casu non solutæ Pensionis. Consensus autem præstatur a Partibus, postquam supplicatio delata est in Cancellariam; at si Resignans esset in periculo Mortis, Procurator, qui habet Mandatum Procuræ præstabit consensum sub die datæ supplicationis, ne incidat in Regulam de Viginti, seu de Infirmis Resignantibus; Et pro isto extraordinario consensu ( ab omnibus pro animi quiete amplectendo ) solvitur ultra ordinari-



rias expensus Ducatus unus de Camera, qui hodie ascendit ad Julios decem, & septem cum dimidio.

Causæ necessariæ in resignando, sunt senectus, & Possessio multorum annorum Beneficij, Infirmitas, aut insalubris aer in loco Beneficij, cum attestatione Medicorum, Inimicitia capitalis in eo, aut Discordia cum Domino eiusdem, Possessio aliorum Beneficiorum incompatibilium, vel alterius Rei Ecclesiasticæ, & Scandalum grave, vel vite periculum.

Requisita verò, ut effectui Resignatio demandetur, sunt, ut mittantur Sollicitatori, vel Expeditionario, seu agenti Mandata Procuræ tamquam Resignatarij, cum Clausula, ut possit iurare non adesse in tali Resignatione maculam Simonie, & in ijs poni debent Prænomina, Cognomina, seu Nomina amborum, ubi resideant, sub quo Episcopatu, Valor, & qualitas Beneficij, Nomina Ecclesiæ, Loci, & Episcopatus, Causâ Resignationis, quod superest Resignanti congrua sustentatio, & si Resignatarius habeat alia Beneficia, sunt exprimenda cum ipsorum valore, quod etiam in alijs obtinet, sique de Curatis fiat Beneficij, quod Resignatarius expositus sit Idoneus in Examine Synodali; ac omnia bene exprimantur; atque perfici debent à Notario, cuius subscripto valeat recognosci Romæ à duobus Testibus, & optimum ob id esset, ut redderentur authentica à Vicario Generali sigillo Episcopi, ut adsit maior facilitas pro ipsorum Recognitione.

Bullæ Resignationis cum Pensione debent expediri infra novem Menses à die Presentationis, sive præstiti consensus, quia in similibus Resignationibus Papa apponit Clausulam -- Quod Literæ expediantur infra Novem Menses, vel sex, alioquin Gratia nulla sit eo ipso -- atque aliam Clausulam -- Quod Literæ Pensionis, & Reservationis Pensionis debeant expediri unico contextu sub nullitatis pæna -- debent autem publicari intra sex Menses, si Beneficium sit in Italia; si verò ultra Mare vel Montes, intra novem in Loco, ubi situm est Beneficium, iuxta Constitutionem GREGORII Decimertii, quæ incipit -- Humano vix iudicio -- Et illi novem Menses computantur à datæ Bullæ, quæ retrotrahatur ad diem presentationis supplicationis; at si intra Terminum præscriptum Bullæ expediri nequeant ob aliquod impedimentum, sit  
suppli-



supplicatio pro temporis prorogatione, & ad evitandas expensas incipiunt expediri in Cacellaria, ac postea præsentatur Regenti eiusdem cum allegatione legitimorum impedimentorum, quibus tempore statuto expediri nequeant, qui in calce ipsarum subscribit diem præsentationis, & apponit suum Nomen, & sic consulitur indemnitati Partium, quod etiam occasione publicationis observandum est; Nam si eadem Bullæ resignantium publicari non possint intra prædictum tempus, porrigenda est supplicatio Prorogationis ad publicandum, prima ad sex Menses, a fine Novem Computandos, secunda ad quatuor, tertia ad tres; ita ut cum dictis Prorogationibus publicatio possit protrahi usque ad Viginti duos Menses à die præstiti Consensus; si verò elapso tempore Statuto Publicatio facta non fuerit, nec petita Prorogatio, tunc est petenda Restitutio ad publicandum, quæ datur ad sex menses, & postea peti valent Prorogationes eiusdem, Prima ad quatuor Menses, secunda ad tres, & Tertia ad duos, & in hoc cautè procedendum, ne interim fiant Impetrationes ob non factam publicationem.

Demùm, si Ordinarij Collatores in actu Provisionis alicuius Beneficii super illius fructibus reservent Pensiones, debet peti nova Provisio à Pontifice, facta mentione Reservationis Pensionum, & est necessarium Mandatum. Procuræ Provisi ab Ordinario ad consentiendum huiusmodi Pensionum Reservationi; atque aliquando Pensio cassatur voluntate Beneficiati, & Pensionarij, si inter se convenerint de Annexis eiusdem, quæ tamen non excedant decem Annos, pro cuius cassatione non expediuntur Bullæ, sed simplex supplicatio, cum Mandato Procuræ Pensionarij ad consentiendum Cassationi, cum similibus: at ob hoc Decretum BENE-DICTI Papæ Decimiquarti emanatum Annò 1741. huiusmodi Pensiones non possunt cassari nisi post sex Menses post secutam Resignationem, ne videatur venditio Beneficii, ut prius eveniebat.

### § III. De Permutationibus Beneficiorum

PERmutationes Beneficiorum regulantur sicut Resignationes, quæ fiunt cum duo Beneficiati ad invicem proprium Beneficium transferunt, in quibus pariter Pensiones reservari possunt præcipuè ad servandam

H

Fructuum



Fructuum equalitatem; & habet locum Constitutio GREGORII Decemtertij de Publicandis, de qua supra.

#### § IV. De Coadiutorijs

**C**oadiutoria cum spe futurae Successionis dantur solum à Pontifice, cum à Concilio Tridentino probibeantur, & conceduntur super dignitatibus, Canonicatibus, ac Beneficijs Residentiam desiderantibus, si aliquam dignitatem annexam habeant; ad quas obtinendas requiritur, quod illas petentes senectute, morbo, aut alia simili iustâ Causâ, suum munus exequi perpetuò impediatur, Non verò delicto, aut Culpâ: Etas autem debet esse sexagenaria, hoc est sexaginta Annorum, vel ultra; atque est necessaria Attestatio iurata Capuuli, Capitulariter congregati, quod talis Canonicus petens Coadiutorem, sit Annoyum sexaginta, & propter Infirmitates, quas etas ipsa secum fert, non possit per se ipsum Ecclesie inservire; si verò non habeat tantam etatem, quod talis in etate Annoyum quinquaginta ob aliquam gravem infirmitatem continuam in specie, per se ipsum Ecclesie deservire non possit, ac peroptimum est obtinere Literas ab Episcopo: at in Germania Ratione Concordatorum, ultra prædictam Attestationem, adhuc opus est consensu Ordinarij Collatoris Beneficij, super quo petitur Coadiutoria, ne ei præiudicetur.

#### § V. De Gratijs si Nulli, si Alteri, si Neutri.

**E**xpediuntur istæ gratiæ ob Beneficia litigiosa, quando plures ea obtinuerunt.

Gratia si Nulli conceditur cuiquam etiam non Colliganti: si Neutri solum Collitiganti, quando inter litigandum apparet Neutri, vel Nulli Collitigantium ius in ijs competere; & quando duo prætendunt dictam Gratiam si Neutri, alter Apostolica, alter Ordinaria auctoritate Provisi, tunc Provisus Apostolicus præferitur.

Gratia si Alteri competit, Collitiganti; quæcumque habeat rationem, quæ Gratiæ signantur lite pendente; & Dataria ante ipsarum signationem solet remittere Supplicationes earum Auditori, coram quo Causa pendet, si sit in Rota, qui subscribitur - Videtur signanda. § VI.



## § VI. De subrogatione in Juribus Defuncti.

**D**Uobus collitigantibus super aliquo Beneficio, & uno ex ipsis moriente, datur supersiti subrogatio in Juribus Defuncti, ne ipsi detur novus Collitigans; & hæc solum conceditur Provisis Apostolicis, ne detur occasio Provisis ab Ordinarijs impediendi Provisiones Apostolicas.

## § VII. De Gratia perinde valere.

**G**Ratia perinde valere semper præsupponit aliquam expeditionem Bullæ, & conceditur, quando in prioris Bullæ expeditione irrepsit aliquis error, qui gratiam reddit nullam; & quando hæc petitur, debet error exprimi; & dicitur quod Literæ Perinde valere debeant, ac si in ipsis expressum fuisset id, quod fuit omissum.

## § VIII. De Novis Provisionibus.

**N**Ovæ Provisiones petuntur, quando quis nulliter possidet aliquod Beneficium, propter aliquem defectum in priori Provisione: at si ex eo perceperit fructus, fieri debet mentio de illorum quantitate, in supplicatione, & ex illis tam certis, quam incertis pro compositione solvuntur duæ Tertie partes, & Media Annata in Cancellaria, ultra Bullarum expeditionem; at istæ non dantur super Beneficijs collatis ab Ordinario, quorum Collatio spectabat ad Sedem Apostolicam.

## § IX. De Absolutione cum nova Provisione.

**Q**UANDO quispiam Provisus de Beneficio incidit in aliquam Irregularitatem facientem vacare Beneficium ipso iure, tali casu est necessaria absolutio cum nova Beneficij ante commissam Irregularitatem possessi Provisione, quæ pro male promoti ad Ordines ante legitimam ætatem, aut pro eo, qui cum falsis Literis Testimonialibus curavit ad eisdem promoveri, difficillime conceditur.

## § X. De Absolutione ab Homicido.

**Q**UANDO quis incidit in aliquod Homicidium, Casuale, vel Causale, & petit Ordinari, vel promoveri ad aliquod Beneficium, debet narrari Casus, quando successerit tale Homicidium, & Causa movens ad illud perpetrandum, ut moveatur Pontifex ad concedendam absolutionem.



## § XI. De Dispensationibus ad Ordines, & Beneficia.

**C**onceduntur dispensationes huiusmodi pro illegitimis, sive ex soluto, & soluta, sive ex Præbytero, Coniugato, vel soluto, & è contra; & si impetrantur pro Illegitimo ex Præbytero, tunc opponitur Clausula, quod non possit ministrare, nec habere Beneficium in eadem Ecclesia cum Genitore; Licet etiam detur facultas, ut talis Illegitimus, absque alia limitatione possit habere Beneficium in eadem Ecclesia cum Genitore, sed solvantur Ducati Centum pro Componenda: Pro Bigamis verò, pro non habentibus requisitam ætatem, aut idoneitatem, pro Corporibus vitiatis, cum similibus, maiori, vel minori difficultate, iuxta qualitatem Personarum, & rerum.

## § XII. De Derogatione Regulæ de Annali.

**S**i quis impetret Beneficium, & in eo adsit aliquis Intrusus ab Annò integro à Die Impetrationis, tunc fieri debet mentio in ultimis Bullis Regulæ de annali, quà cavetur Bullas expediri intrà Annum à Die Intrusionis. Solet expediri etiam ad partem derogatio istius Regulæ.

## § XIII. De Confirmatione Concordiæ.

**D**atur Concordiæ Confirmatio, quandò inter aliquos adest Litis super Beneficium, & unus ipsorum cedit iuri sibi in Beneficio quesito ad favorem alterius Collitigantis, reservatà sibi aliquà Pensione, vel resectis expensis Litis, coram Ordinario Loci iustificandis, pro qua necesse est, ut adsit Mandatum Procuræ utriusque Personæ Concordantis; & quando alicui reservantur expensæ occasione Litis factæ, semper apponitur Clausula -- Dummodò expensæ ad talem summam ascendunt -- Ideoque rectè fiet, si in Mandato Procuræ exprimat, quod summa petita, sit pro expensis factis, & fructibus decursis, & quandò non reservatur Pensio, solum expediuntur Bullæ ad favorem illius, qui retinet Beneficium; & illarum expensæ regulantur secundum expressionem fructuum; Quando verò servatur ad favorem cedentis, vel alterius, tunc debent expediri due Bullæ, una nempe pro nova Provisione, & altera

pro



pro Pensionis reservatione, quorum expensæ regulantur secundum quantitatem Pensionis, quæ debet exprimi in Ducatis Cameræ; prout illa expensarum, ut pareatur sumptibus: atque in ista confirmatione Concordiæ, etiam potest apponi per Cedentem Regressus ad Beneficium, in Casu non solutionis.

#### § XIV. De Concurribus.

**V**acante aliquo Beneficio Curato in uno ex Mensibus Sedi Apostolicæ reservatis, debent apponi Edicta, & fieri concursus; factoque Examine, Ordinarius transmittit Testimonium pro magis Idoneo ad Curiam Romanam, & expediuntur Bullæ, seu Literæ Apostolicæ pro approbato in concursu.

Vicariæ autem perpetuæ Parochialium Ecclesiarum unitæ non cadunt sub hoc Concursu, Sed vacant Mensibus Sedi Apostolicæ reservatis; & tunc nominatus ad talem Vicariam debet accipere novam Provisionem intra quatuor Menses, cuius expensæ regulantur, ut in Curatis Ecclesiasticis.

#### §. XV, De Annatis.

**Q**uia supra facta est Mentio de Annatis, & Componendis, ideo de istis erit agendum.

Annata est certa aliqua taxata quantitas fructuum illius anni, quo Beneficium Vacat, vel valor annuus Beneficij, cuius medieta perfolvi debet in Cancellaria, ob quam adest Regula Cancellariæ de exprimendo valore in Beneficijs impetrandis cum Clausula -- Alioquin Gratia prædictæ nullæ sint -- Atque solvitur fructuum dimidia annata primi Anni iuxta valorem in Bullis expressum, quando illæ expediuntur in Cancellaria Apostolica. Annata autem aut dicitur simplex ut in Beneficijs in libris Cancellariæ non taxatis; Aut communis, ut in Monasterijs & Ecclesijs Cathedralibus taxatis in libris Cameræ; & habet locum in Beneficijs, & Pensionibus, quorum fructus exprimuntur ultra Ducatos Viginti quatuor, & ulterius Vice Cancellario solvitur Ducatus, si fructus non excedant Ducatos centum; si verò excedant, duo; prout si fiat Provisio aliorum plurium Beneficiorum in eadem Bulla, licet fructus singulo-



*singulorum non excedant Ducatos Viginti quatuor, attamen si simul sumpti excedant, tunc solvitur iuxta quantitatem uniuscuiusque; quod pariter in pensionum reservationibus observatur, quia Annalistsæ computant accumulativè: si verò uniatur Beneficium alicui Communitati, vel Collegio, aut Pio Loco; tunc quia illud non est amplius Vacaturum, Communitas illa obligat se de solvendo Annatam singulis quindecim Annis seu Quindenniis. Etiam illa solvitur in Coadiutorijs; & scribitur Nomen Coadiutoris; In Permutatione Beneficiorum, quando fructus sunt inæquales, pro illa quota, quæ excedit, etiamsi non sit Viginti quatuor Ducatorum; ac etiam æquales, si fiat permutatio de titulo in commodum, vel è contrà, quia tunc non est vera Permutatio; & in Permutatione Beneficiorum equalium fructu oportet simul Bullam utramque expedire; & sub eadem data aliter solveretur Annata, in Ereptione Beneficiorum si fiat ex Bonis Ecclesiasticis; secus de Bonis Patrimonialibus in prima ereptione, seu provisione, bene verum in alijs non retentione Beneficiorum; seu Pensionum Sive ad vitam, sive ad tempus, quia existimatur alia Provisio.*

*Non solvitur autem Annata, si Beneficium, aut Pensio non excedat Viginti quatuor Ducatos: at hodie Beneficia, ut plurimum, in Germania, & Polonia dicuntur dictam summam non excedere: Præsertim Curata, si in eo reservata sit Pensio aliqua antiqua, pro qua semel fuit soluta, tunc illa deducitur cum Fide Supraviventie Pensionarij, obligationeque Provisi per Fideiussorem Curialem in Urbe de solvendo Annatam in Casu Cessationis Pensionis: ita quoque cum reservata est sub eadem data Personæ à solutione ipsius exemptæ: si probetur adesse Intrusum, ad extrusionem usque, data, ut supra Cautione; si impetretur Beneficium -- certo modo -- ut supra, idest, usque ad eius affectationem; si reservetur Pensio super non possesso Beneficio, donec illud pacificè possideat, si Antecessor Beneficii illud non possederit tanto tempore quo potuerit exigere fructus, ne solvantur duæ annatæ in Anno; qua ratione pariter eam solvere non tenetur, qui eum tribuit, si postea velit expedire alias Bullas super Provisione eiusdem Beneficii, dummodo tamen sub eadem data sit, & non existat mutatio tituli.*



## §. XVI. De Compositionibus, seu Componendis.

**C**omponendæ, quæ solvuntur in Dataria, in qua adest ipsarum Officialis, aliæ sunt Summi Pontificis, quæ ipsi dantur pro Pensionibus, Coadiutorijs, Indultis, & similibus Materijs, & solvebantur prius in Ducatis Auri in auxo Stampæ, aliæ Equitum, seu militum Lauretano-rum, quæ solvuntur pro varijs Indultis, & dispensationibus, & non sunt tantæ quantitatis.

Materiæ autem solventes Componendam sunt omnes dispensationes Matrimoniales, cum absolute secundu graduum qualitatem, exceptis ijs, quæ conceduntur in forma Pauperum, Coadiutorie perpetuæ, habitu ratione fructuum, Distributionum, aliorumque, solvunt Ducatum cum dimidio pro Ducato quolibet, nempe si ascedant ad ducatos quatuorcentum, Compositio erit Ducatorum Sexcentorum, & in istis nunquam est minor Ducatorum centum; Pensiones reservatæ super fructibus certis, & incertis, Ducatum pro Ducato; Similiter, reservatæ sine causa, vel causa studij, vel aliâ; sive super fructibus certis, vel incertis, non habito respectu ad excessum, vel fructus certos, si verò imponantur ex causa resignationis, vel per obitum super fructibus incertis sine causa, & respectu excessus, ut supra; si autem super certis tantum cum clausula- non tamen in certis -- nihil pro ea solvunt, nisi ratione excessus medietatis fructuum, etiam ratione exemptionis, quando locum habet, quo casu minuuntur decem Ducati pro quolibet centenario, exempli Gratia, si fructus certi Beneficij sint scutorum trecentorum, Pensio imposita in illo scutorum centum quinquaginta, tunc non solvit, quia non excedit medietatem, sed si sit exempta, illam excedit in quindecim; Ideoque componenda erit scutorum quindecim, quod etiam locum habet in Pensionibus reservatis, In dimissionibus per obitum, contractuum Matrimonij, aut alijs vacationis modis, insuper Pensiones reservatæ ad favorem Tertij, in Cessionibus, vel Resignationibus, aut reservatæ in Beneficio Tertij, aut super fructibus taxatis in libris Camera Apostolicæ, vel Mensæ Episcopalis, aut super distributionibus, vel incertis, aut pro Regularibus, aut  
peper-



Perpetue dant ducatum pro ducato; Pensiones vero Temporales, quæ ad Successores non transeunt, non solvunt, nisi sint ad favorem Incapacis. At Pensiones in Beneficiis secularibus ad favorem Regularium, si ex alia causa sint obnoxie solutioni Compositionis ob habilitatem Regularium ad perceptionem fructuum Beneficiorum secularium vel etiam in Beneficiis Regularium, si Pensionarij fuerint alterius Ordinis, solvunt duplicem Compositionem, idest duos pro uno ducato; peti tamen potest Compositionis moderatio, quæ solet concedi à Datario, ad arbitriumque ad dimidium unius Compositionis; exceptis Matrimonialibus.

Ulterius Reservationes omnium, sive partis Fructuum, solvunt pro parte reservata; Uniones, applicationes, dismembrationes, Suppressiones, Reductiones ad secularitatem, seu ad Triennium, Ducatum pro Ducato; prout etiam affectiones Beneficiorum, & pensionum Cancellationes cum nova reservatione, atque applicationes Pecuniarum pro Loco, alteri Loco pro relicturum, quo casu valet Componenda moderari, Erectiones Beneficiorum de novo non tamen de proprio Ducatos centum pro quolibet titulo Beneficii; Dispensationes pro Illegitimis, pariter ducatos centum, uti Prothonotariatus, Indultum quod Rector nuncupetur Abbas, vel Præpositus, vel utendi Myrâ Cappâ Mozettâ Superpelliceis, & similibus pro unaquaque Persona; Dispensatio pro Bigamis; Concessio Juris Patronatus, & illius translatio, sive donatio, quando valor Beneficii non excedit Centum, & Comitatus Palatinus, quæ omnia solvunt ducatos centum: Absolutiones ab Homicidio solvunt Ducatos quingentos in statu Ecclesiastico, licet soleat Componenda moderari; Provisiones Monasteriorum taxatorum in libris Camera solvunt tertiam partem; sed in Coadiutorijs triplicatur Taxa, Indulta pro Regularibus recipiendi Bona, usus fructus, vel Pecunias ad vitam, quinque pro centenario Commutationes voluntatum pro applicatione, pariter taxatam quantitatem pro Centenario iuxta constitutionem Pii Quarti, Pro fructibus male perceptis solvuntur duæ Tertie partes, præterquam pro Simoniaco, vel Confidentiaro, qui solvunt integraliter; & erectiones Marchionatum Ducatum, & aliorum Titulorum Secularium, arbitrarie.



Sciendum est, quod quando Componenda est Scutorum Viginti quinque, tunc relinquitur scutum pro Sollicitatore, & sic pro singulis Centenarijs relinquuntur Scuta quatuor, cum similibus.

Demum itidem sciendum est quod ultra expensas expressas, & exprimendas in sequentibus Paragraphis, quæ fieri debent pro expeditione quarumcumque Gratiarum, tam per Literas Apostolicas sub Plumbo, quam in forma Brevis sub annulo Piscatoris à requirentibus, & obtinentibus easdem per Cancellariam, & Cameram Apostolicas, necnon Secretariam Breuium Apostolicorum, piæ mem. Papa BENE-DICTUS Decimusquartus volens consulere utilitati, & manutentioni Ecclesiæ Regiæ; & Hospitalis itidem Regij Sancti STANISLAI Nationis Polonæ de Urbe in ingenti summa ære alieno gravatis, per suum Indultum, quod incipit -- Altitudo Divinæ Providentiæ -- Emanatum quarto Calendas Decembris anni 1748. -- mandavit, quod omnes, & singulæ Personæ Nationis Polonæ, tam in Romana Curia præsentis, quam ab ea absentes, tam Ecclesiasticæ, quam sæculares, ac quorumvis Ordinum, & Militiarum, etiam Sancti JOANNIS Hierosolymitani, ac Sancti ANTONII de Sancto ANTONIO Viennen, ac etiam Laicæ, cuiuscumq; Status, Gradus & conditionis existant, quovis modo etiam ratione domicilij, subiectæ præsentis, & pro tempore existentis Regi Poloniæ, debeant solvere titulo eleemosynæ, unicâ tantum vice, & in actu expeditionis Gratiæ, vel Gratiarum, quas reportabunt à Sancta Sede prædictis Ecclesiæ, & Hospitali Regijs Sancti STANISLAI Nationis Polonæ de Urbe infra-scriptam Taxam -- Primò -- Super Provisionibus cuiuscumque Mensæ, videlicet Prælatialis, Archi-Episcopalis, Episcopalis, & Abbatialis nec non super quibuscumque Gratijs à Congregatione Consistoriali Generali vel deputanda particulari pertractandis, & determinandis, Super quibus Litteræ Apostolicæ expediri debebunt, taxa erit regulanda ad rationem quatuor Scutorum monetæ Romanæ pro quolibet Centenario omnium, & singularum expensarum in expeditione Literarum Apostolicarum pro Provisionibus, & Gratijs huiusmodi à Sede Apostolica reportandis, & obti-



*rendis faciendarum, & persolvendarum -- Secundo -- Super quibus  
 cumque Provisionibus, Commendis, Concessionibus in administrationem  
 cuiuscumque Dignitatis etiam post Pontificalem Maioris in Primatiali,  
 Metropolitana, & Cathedrali; necnon Principalis in Collegiata, &  
 quorumcumque Canonicatum, & Præbendarum, etiam per viam Consti-  
 tutionis, & Deputationis in Coadiutorem, ac cuiusvis Parochialis Ec-  
 clesie, uel illius perpetue Vicarie, necnon quorumcumque Beneficiorum  
 Ecclesiasticorum secularium, & quorumvis Ordinum; & Militiarum  
 ac in Libris Camerae Apostolicæ minimè descriptorum Regularium, tam  
 simplicium, quàm Residentialium, seu Curam animarum annexam haben-  
 tum, ac etiam Juris Patronatus Laicorum etiam Nobilium, & Illustri-  
 um, ac etiam Mixti, vel Nominationis Ecclesiasticæ, ac itidem illorum  
 Juris Patronatus Regij, favore cuiuscumque Personæ, ut supra expressè  
 faciendis pro eo, quod in Provisionibus similium Beneficiorum huius modi  
 illorum fructus in summa Viginti quatuor Ducatorum auri de Camera tan-  
 tum, & in Coadiutorijs fructus præfati, ut plurimum non ultrà summam  
 sexaginta Ducatorum auri de Camera huiusmodi respectivè expri-  
 muntur eleemosyna Ecclesie & Hospitali huiusmodi persolvenda regu-  
 lari debent à Taxa Scriptorum Literarum Apostolicarum Cancellarie  
 Apostolicæ per ipsos Scriptores super eisdem Provisionibus statuenda, &  
 Taxa illa, quæ pro qualitate Gratie ipsi Scriptoribus persolvitur, ea-  
 dem in quantitate ( Scripturâ Bullarum semper exclusâ: ) Ecclesie, &  
 Hospitali huiusmodi persolvatur -- Tertio -- sub eadem Taxâ compre-  
 hendantur etiam Resignationes, Permutationes, & Pensiones Causâ Re-  
 signationis, & Permutationis huiusmodi, aut aliâ Apostolica Auctori-  
 tate reservandæ, Retentiones quorumcumque Beneficiorum pro Promotis  
 ad Ecclesiarum Regimina, Indulta, Dispensationes, Ampliationes, Ab-  
 solutiones, Rehabilitationes, Derogationes, Confirmationes, tam Co-  
 cordiæ, quam cuiusvis alterius Concessionis, vel Contractus etiam perpetui,  
 Erektiones, Revalidationes, etiam in forma Perindè valere, Restitutio-  
 nes, Suppressiones, Appellationes, aliæque quævis possibiles, & inex-  
 cogitabiles Gratia, si super nonnullis ex ijs à dictis Scriptoribus Apo-  
 stolicis*



*stolicis, Taxa huiusmodi erit Statuenda, & nonnullæ ex ipsis Gratijs, quæ ab arbitrio dependent, per Cancellariam, & Cameram Apostolicas præfatas expedientur; si verò expedito fiet per Officium Minoris Gratiæ, seu per Literas Apostolicas in forma Brevis, tunc taxa erit regulanda, & persolvenda ad rationem Trium Scutorum monetæ præfate pro quolibet centenario omnium, & singularum Expensarum in Literis in forma Brevis faciendis -- Quarto -- Pro Dispensationibus Matrimonialibus, tam Maioris, quam Minoris Gratiæ nuncupatis, quarum expensæ non excedent summam Quinquaginta Scutorum monetæ Romanæ, Solvendus erit Julius unus pro qualibet huiusmodi Gratia - Quinto - Pro Dispensationibus Matrimonialibus, quarum expensæ excederent dictam summam quinquaginta Scutorum Monetæ huiusmodi usque ad Summam Scutorum Centum Similium inclusivæ, Taxa earum erit unius Scuti similis pro unaquaque earum, si verò eadem expensæ excederent dictam summam centum Scutorum monetæ usque ad quamcumque aliam summam, tunc exigatur Taxa ad rationem quatuor Scutorum eiusdem monetæ pro quolibet Centenario -- Sexto -- Quævis aliæ Gratiæ cuiuscumque Generis, & speciei existant, quæ in necessario per Literas in forma Brevis expediti debent, Taxa regulabitur hoc modo, videlicet; Pro illis Gratijs, quarum expensæ non excedent Summam duodecim ducatorum Auri de Camera, Julius unus pro quacumque huiusmodi gratia erit persolvendus. Expensis verò huiusmodi Summam præfatam excedentibus usque ad quamcumque summam, Taxa solvatur ad rationem Scutorum Sex dictæ monetæ pro quolibet Centenario, habito respectu ad Summam Minorem infra Centenarium titulo dictæ Elemosynæ primo dictæ Ecclesiæ, & Hospitali huiusmodi, ut præfertur, & non in alios usus applicandæ; exigere & percipere, ac pro Exactione, & perceptione huiusmodi, unum Receptorem, seu Collectorem per modernos, & pro tempore existentes Rectorem, & Provisores pro tempore eligendum, nominare, & deputare liberè, & licitè possint, & valeant auctoritate Apostolica tenore prædicti Indulii concessit; Mandans tamen quod Taxa præfata respectu illarum Gratiarum, quæ regulari debent ex earundem,*



earumdem Gratiarum expensis, in Dataria, & Cancellaria, seu Camera, & Secretaria præfatis faciendis super expensis solummodo exigatur, Ceteris alijs quibuscumque expensis ratione Expeditionis, agentia, vel Cambij, aut alias penitus exclusis.

## § XVII. De Admonitionibus in Beneficio- rum Materijs, & de Modis, expediendi Bul- las eorum.

**C**um Beneficia vacant per obitum, debet distinctè, & citò exponi tempus mortis Beneficiati, Prænomen ac nomen, seu Cognomen ipsius, ac Oratoris, Titulus, Valor, Locus, ac Diæcesis Beneficii, Requisita supplicantis, an obtineat alia Beneficia, atque per scripturas legalisatas, & præcipuè Testimoniales, ac Commendatitiæ Ordinarij; cum Stylus Dataria sit conferendi Beneficia benevolis ab eo, ad effugienda Litigia, & scandala, cum alijs particularitatibus; Quando verò certo modo Beneficia vacare dicuntur, cum ob iustas Causas quæritur removeri eos, qui Beneficia à Pontifice, vel alijs Collatoribus obtinuerunt; quo casu tales Causas allegare oportet, ut Sufficiant ad removendos Beneficiatos, quæ iustificandæ erunt coram Datario Authenticis scripturis, aut coram Ordinarijs in forma Judicij; tunc expeditur supplicatio in forma Commissionis Ordinario directæ, aut alteri, coram quo cognoscatur de huiusmodi Impetratione, & remotionis Causis: atque Impetrans certo modo solum debet solvere Bullas; Pro Compositione verò, & Dimidia Annata, si locum habent in expeditione Bullarum, debet assignare Fideiussorem Romæ Idoneum de ijs solvendis statim ac obtinuerit possessionem Beneficij; Agens verò debet esse diligenter instructus de Causis, ob quas removeri quæritur obtinens Beneficium.

Circa Resignationes Beneficiorum, Causæ ipsarum, & Requisita supra posita sunt, & solum addere iuvat, quod si Beneficium sit curatum



tum, & in eo constituitur Pensio, quod perrari fit ex supradictis, semper exprimendi sunt fructus taliter, ut supersint Centum Ducati pro Rectore, & quod Resignatarius consenserit Pensioni, ac peroptimum erit, quod mittatur Fides Ordinarij de eius examine ab Examinatoribus Synodalibus facta, atque Idoneitate respectu scientiæ, Vitæ, ac Morum ad obtinendas Ecclesias Parochiales, & Curatas; & si Pensio ponatur super alterius Beneficio, requiritur expressus Consensus illud possidentis, & eo casu ponitur in Bulla Restrictiva, quod talis Pensio non excedat Vitam Beneficiati consentientis, cuius Consensus legaliter admissus Agenti est transmittendus.

Permutationes autem ipsorum non conceduntur nisi unâ ex legitimis Causis Resignationis occasione recensitis, inter ipsas vigentibus; quasi eisdem rationibus pariter nec conceduntur Coadiutoriæ cum spe futuræ successionis, nisi gravibus ex Causis; prout etiam Uniones, Dismembrationes, & suppressiones Beneficiorum.

Omnium Beneficiorum Bullæ, seu Literæ expediuntur dupliciter, Primò in forma Gratiola, cum adest Fides Idoneitatis, Oratoris ad petitum Beneficiû, vel per examen ab Examinatoribus Vicarij Romæ factum de illa constat: Secundò in forma dignum, cum dicta desunt, quo casu committitur Ordinario, ut examinet Provisum, & inveniens eum Idoneum, illum immittat in Possessionem Beneficij, & presentantur Bullæ Vicario, sitque debita Instantia pro Executione; & si primo Casu, sine aliqua difficultatè immittitur in possessionem.

Expediuntur Bullæ Gratiarum, vel Concessionum, Privilegiorum, Dispensationum, & similia à Pontifice concessa, vel per Cancellariam, vel per Cameram; pro quibus obtinendis, efformatur supplicatio; vel per Breve secretum, vel per Secretariam Brevium, in quibus non fit supplicatio, sed simplex memoriale regulariter; licet sint aliquæ Materiæ, quæ expediuntur per Breve vigore supplicationis per Secretariam, uti sunt eæ penè omnes, quæ expediiri non valent per Officiû Minoris Gratiæ; expediuntur vero supplicatione priùs signatâ, & Registratâ, uti Indulta pro Abbatibus utendi Mytrâ. & Baculo &c. & etiam per Pœnitentiariam



Praxis Forensis.

rotariam secretam, præcipuè in absolutionibus à delictis occultis, quo casu  
tantùm solvitur Agentia; atque etiam per viam secretam gratis pro  
Cardinalibus, Clericis Camerae, Familiaribus Pontificis, vel per  
expressum Mandatum ipsius, quo casu nihil solvitur  
Officialibus, nisi Plumbatori Julij quatuor,  
Summatori aliquid ad arbitrium; prout  
Registratori ratione laboris,  
soluta etiam scripturâ  
Bullarum.





# D E E X P E N S I S

## quarundam Materiarum Beneficialium quæ expediuntur per Bullas

### §. XVIII.

Adverte Scutum Romanum Valet Julios. 10. reductum ad monetam Regni efficit sextarios maiores -- 20. seu tynfones - 6. - & sextar. -- 2. Scutum Auri efficit Julios -- 17. & reductum ad monetam Regni efficit sextarios -- 35. seu tynfones -- 11. & sextarios - 2. - Scutum Auri, idem est quod Ducatus de Camera

Obulus valet solidos monetæ Regni Poloni-7-circiter, Obuli -- 10. Romani efficiunt Julium unum, Julius vero efficit sextarios majores - 2.

**P**ro expeditione Bullarum Provisionum, Resignationum, aut novarum Provisionum, non tamen Dignitatum quorum fructus non excedant viginti quatuor Ducatos auri de Camera, absque Dispensatione, vel Derogatione, sine sollicitatione, & agentia solvuntur *Scuta Obuli.*

Scuta Romana	21.	50.
Pro expeditione, seu sollicitatione	3.	50.
Pro agentia	10.	50.
Si cum Retentione duorum Canonicatum	30.	
Pro Sollicitatione	5.	25.
Pro agentia	10.	50.
Si cum Dispensatione sub eodem Tecto	35.	
Pro expeditione	7.	
Pro agentia	14.	

Quando est Dignitas, sed non maior post Pontificalem, aut Principalis in Collegiata, & Fructus ipsorum non excedant viginti quatuor Ducatos de Camera

Pro expeditione	5.	25.
Pro agentia	10.	50.

( a )

Si



Si est Dignitas maior post Pontificalem, aut Principalis in Collegiata, cuius fructus non excedant dictam summam 35.

Pro expeditione - - - - - 7.

Pro agentia - - - - - 14.

Pro quibus Dignitatibus maioribus necessaria est Fides de vita, & Moribus, ac Jdoneitate, & Professione Fidei facta coram Ordinario, cum Orator abest ab Urbe, adeo ut illam facere nequeat coram Datario.

Quando sunt plures Tituli, Dispensatio pro quolibet Titulo, qui additur primò alterat expensam decem Scutorum circiter.

Et Derogatio Juris Patronatus, aut alterius, vel Indultum alterat expensam Scutorum octo circiter.

Pro expeditione alterat Ducatum de Camera.

Pro Agentia alterat duos Ducatos de Camera.

Cum fructus excedunt Summã Scutorum viginti quatuor de Camera, præter prædictas Taxas soluitur dimidia Annata Redditus, & ulterius Ducatus usque ad Centum; ultra verò dictam Summam, ultra dimidium Ducati tres:

Prorogatio ad publicandam Resignationem 18.

Restitutio ad publicandam Resignationem 40.

Prorogatio pro promotione ad Ordines pro Arctato 15.

Gratia Perinde valere - - - - - 12.

Augentur Expensæ in Reservationibus Pensionum, Coadjutorijs, Unionibus, Erektionibus, applicationibus Suppressionibus, Disinembrationibus Beneficiorum ratione Componendarum, & Annatarum, iuxta quantitatem fructuum ipsorum, de quibus supra; nec in Expeditione Episcopatum, vel Archi-Episcopatum, Abbatiarum, Prioratum Præpositurarum, aut quarumcumque Dignitatum Taxatarum in libris Camerae potest assignari certa Regula ob diversitatem Taxarum Bullæ eorundem.

Occasione Beneficiorum, & Ordinum considerantur complures Dispensationes, & Indulta, Unde.

Pro



Pro Dispensatione ad Ordines, & Beneficia, quando Orator habuit duas Uxores, vel duxit Viduam soluantur absque sollicitatione, & Agentiâ. - - - 216.

Quandò Bigamiam contraxit cum tribus Virginitibus, vel cum una Virgine, & alia Corrupta. 230. 40-

Quandò verò contraxit eam cum duabus Viduis vel cum una Vidua, & duabus Virginitibus 250. 40.

Pro Agentia istis in Casibus non potest dari certa Taxa cum attendantur Miores, vel Miores Labores, & qualitates clientis, Sollicitatoris, & Agentis.

Pro Absolutione ab Homicidio cum dispensatione ad ordines, & Beneficia - - - 65.

Pro Dispensatione ab Irregularitate ob deformationem ad Ordines, & Beneficia, tam Curata, quam Simplicia - - - 51.

Ad Beneficia Curata tantum - - - 42. 50.

Pro Dispensatione prò malè Promotis - - - 13. 60.

Pro Dispensatione Irregularitatis aliquorum membrorum 9. 95.

Pro quacumque deformitate membrorum - - - 14. 40.

Ad Ordines, & Beneficia simul - - - 64.

Pro Dispensatione Illegitimorum ad Ordines, & Beneficia, ad quam obtinendam debet exponi Prænomen, & nomen Oratoris, ac Diæcesis, atque defectus, nempe si ex soluto, & solutâ; vel coniugato, & solutâ, vel habente Votum Castitatis; & si sint Præsbyterorum filij exigitur Fides Ordinarij de Vita, & moribus, & verosimiliter, quod non sint imitatores Paternæ Incontinentiæ; quo casu conceditur citrà Canonicatus, Præbendas, & dignitates Principales in Collegiatis. 42. 50.

Ad Ordines tantum - - - 9. 50.

Cum Decreto non faciendi mentionem ad Canonicatum. & Dignitatem etiam in Cathedralibus, dummodò non sit prima post Pontificalem - - - 227. 20.

Ceterum pro Legitimatione ipsorum ad Dignitates humanas,



nas, & honores, etiamsi Filij Presbyterorum existant 5. 40.

Dispensatio pro minore quatuordecim Annorum, ut habeat Beneficium, & dicat Officium B. Mariæ Virginis loco Officij Magni - - - 128.

Facultas pro minore Undecim Annorum, ut habere Beneficia possit - - - 5. 10.

Absolutio Irregularitatis cum nova Provisione 5. 10.

Provisio autem expeditur per Datariam, & soluit Compositionem Fructuum male perceptorum, decurforum, & in certorum iuxta materias.

Prorogatio Temporis eundi ad Residentiam trium, aut plurium Annorum ex legitimis, & idoneis Causis n. 90.

Indultum quod aliquis non incedat cum habitu Clericali ob legitimas Causas - - - 17.

Omnia Supra dicta intelliguntur absque sollicitatione, & Agentia.

### De Nonnullis Alijs Materijs, quæ per Cancellariam, Secretariam Brevium, vel per Pænitentiariam expediuntur.

#### §. XIX.

Commutationes Votorum non publicorum ex iustis Causis per Pænitentiariam Secretam conceduntur Gratis, prout absolutiones pro occultis, licet in Causis Irregularitatis ponderosissimæ Causæ requirantur.

Pro agentia verò Soluitur iuxta qualitatem Personarum, & laborum.

Prothonotariatus Apostolicus absq. Agentia - - - 21. 30.

Notariatus Apostolicus cum Agentia - - - 3. 50.

Extra tempora cum Clericus habet legitimam ætatem, & vult ordinari non servatis Interstitijs ex iustis Causis, idest ob arestationem alicuius Beneficij, Carentiam Sacerdotum, pro



Curia Romanæ.

Legis Procuratoribus, & pro Nobilibus, atque si excedat tri-		5
ginta Annos ob feruorem devotionis	-	7. 30.
Pro Ultramontanis & Transmarinis non soluitur		
Taxa undè ad summum	-	3. 50.
Extra tempora, ut valeat Ordines, tam minores,		
quam Maiores finire tribus diebus festiuis	-	11. 90.
Dispensatio ob defectum ætatis cum Fide de Ca-		
rentia Sacerdotum	-	13. 90.
Dispensatio, ut aliquis possit ordinari à quocun-		
que Prælato cum sui ordinarij licentia, Pro ætatis	-	13. 90.
Que omnia conceduntur cum solita clausula <i>Cum dimis-</i>		
<i>sorialibus sui ordinarii</i> -		
Breve pro Clerico, ut possit avocare in causis Criminali-		
bis, & patrocinari in Civilibus	-	9. 05.
Breve pro Sacerdote, quod possit exercere Medici-		
nam, vel Chirugiam	-	9. 5.
Breve ob defectum ætatis pro Sacerdotio	-	9. 5.
Breve pro celebranda Missa domi	-	14. 30.
Pro faciendo Sacello Domi, & celebrari faciendo unam,		
aut plures Missas, quæ proficiant integræ Familiæ, solum Ma-		
gnis Nobilibus	-	17. 80.
Breve pro facienda celebrare unam Missam in Oratorio		
privato Nobilibus Viris	-	14.
Commissio in Partibus per Bullam	-	4.
Per Breve	-	5. 10.
Pro Capienda possessione in Rota	-	3. 30.
Licentia ferendi Biretum in celebranda Missa	-	9. 05.
Licentia loquendi Monialibus, & intrandi Monasterium		
semel, aut bis in anno pro magnatibus	-	13. 95.
Pro Baronissa, aut Domina, ut valeat ingredi monasteri-		
um visitandi causa cum duabus Matronis, duabus aut quatuor		
vicibus in anno	-	13. 95.
Omnia prædicta intelliguntur absque agentia.		

Pro



Pro Indulgentijs assequendis in aliqua Ecclesia regulariter solum soluitur Agentia, seu Sollicitatio, & in nota vel in Supplicatione ipsarum, seu memoriali debet exprimi Nomen Ecclesiæ, qualitas, Locus, Diæcesis, & Dies festivitatis; & si sit Cathedralis, Collegiata, Religiosorum, aut Parochialis faciliter conceditur Indulgentia Plenaria ad septennium, vel decennium bis in anno.

Perpetuæ verò Indulgentiæ conceduntur rarissime, & passim Confraternitatibus, & pro ijs absque Agentia solvuntur

3. 50,

Sed Ecclesiis per Gratiâ Specialissimam, & expensæ sunt maiores, & per Bullam potiùs, quàm per Breve expediuntur.

Altare autem Privilegiatum Perpetuum non conceditur quàm Ecclesiis Cathedralibus ex Benignitate Benedicti Decimi Tertij Gratis iuxta formulam impressam.

In alijs Ecclesiis conceditur tantum ad septennium, vel decennium, & ultra Agentiam solvitur Julius unus Substituto Secretariæ Brevium, cum Clausula--dum modo in Ecclesia, in qua situm est dictum altare celebrentur septem Missæ quodianæ.

Conceditur tamen Altare Privilegiatum cum Clausula--Dummodo quatuor, vel quinque Missæ quotidie celebrentur--sed ultra Agentiam solvuntur Substituto Julij tres.

Altare Privilegiatum absque Expressione numeri Missarum conceditur cunctis Ecclesiis Parochialibus, sed ultra Agentiam Solvuntur Substituto Secretariæ Julij tres.

Altare Privilegiatum perpetuum absque expressione numeri Missarum, & quotidianum conceditur Familijs Nobilibus pro omnibus de familia, dummodo tamen Ecclesia sit Juris Patronatus eiusdem Familiæ, vel saltèm in dictâ Ecclesia habeant Cappellam propriam.

Altare privilegiatum bis in hebdomada conceditur cum clausula --dummodo in dictâ Ecclesia novem, vel decem Missæ quotidie celebrentur, & solvuntur ultra agentiam Julij duo substituto.

Alta-



Altare privilegiatum quotidianum conceditur cum clausula -- Dummodo viginti circiter Missæ in dicta Ecclesia celebrentur; & soluitur ultra agentiam Substituto Ducatus de Camera.

## D E M A T E R I I S Matrimonialibus, ipsarumq; Impedimentis, Dispensationibus, & expensis

### §. XX.

**V**Ltimò agemus de pertinentibus ad Matrimonium, & primò de Impedimentis impredientibus, ac dirimentibus ipsum, nisi tollantur Dispensatione Apostolica, uti sunt Consanguinitas usque ad quartum inclusive gradum inter Contrahentes; Affinitas, si eodem modo procedat ex Concubitu licito; si verò ex illicito usque ad secundum. Cognatio spiritualis; Cognatio Civilis ea durante; Publica honestas ex sponsalibus validis de futuro usque ad primum Gradum; ex Matrimonio rato usque ad quartum inclusive Gradum; & ex Cognatione Civili iam soluta inter eos, qui loco Ascendentium, Descendentiumque fuerunt eâ vigente; & delictum, nempe adulterij, si Delinquentes promiserint ad invicem se Matrimonium contracturos, si decesserit Maritus, vel Uxor; adveniente mortis casu, in qua neuter ipsorum partem aliquam habuerit, nam aliter non dispensantur.

Ob Supradicta Impedimenta Sedes Apostolica dispensat infra-scriptis modis; idest sine causâ, aut unâ ex sequentibus Causis.

Primo--Nempe propter Dotem, cum mulier modicam habens Dotem, nubendo Sangvine iuncto, aut alio, eius dos augeatur, vel nullam habens Dotem congruenter dotatur; vel cum careat dote sufficienti ob suam qualitatem, solus Consanguineus illam ducere vult.

Secundo--Propter Angustiam Locorum, cum ipsius Causâ Fami-



Praxis Forensis.

8  
Fæmina non invenit Virum nisi in Gradu prohibito; quo casu in Dispensationibus in secundo, & tertio Gradu ponitur in supplicatione -- & si extra dictum Locum, in quo Muller orta est nubere cogeretur, Dos; quam ipse habet, non esset sufficiens, ut Virum æqualis conditionis inveniret --

Tertio--ob sedandas Jnimitias; cum inter Sangvine iunctos adsunt graves Jnimitiæ ortæ ex alijs Causis, & priusquam ageretur de Matrimonio contrahendo, quo secuto Pax concluderetur.

Quarto--Ob Lites; Cum inter Oratores, vel Consangvireos ipsorum sunt graves Lites super Rebus magni momenti, quæ non promanarunt à faciendo, vel non Matrimonium, atque eo componerentur.

Quinto--ob Infamiam, & scandala; cum inter Oratores Secuta est Copula, aut intima Conversatio, adeò ut orta sit suspicio, quod inter ipsos secuta sit Copula; & nisi Matrimonium contraheretur, Mullier infamata remaneret absq; spe inveniendi alium Maritum, & verosimiliter scandala orirentur.

Sexto--ob Hæresim; cum duo Sangvine iuncti volunt simul contrahere Matrimonium, & manere, in Regionibus Hæreticorum, ob suspensionem, quod contrahendo cum Hæreticis, opus esset vivere more ipsorum, aut ob Hæretici conversionem.

Septimo -- Ob ætatem; cum virgo pervenit ad Vigesimalium quartum annum, & nunquam invenit Maritum, ac Conjunctus eam ducere vult.

Neutro Machinante -- Non conceditur nisi cum absolute scienter, & expeditur per Officium Minoris Gratia, & expensæ sunt prout in quarto cum absolute scienter, atque si Alter; & uterque machinatus sit, non conceditur: attamen si mors esset omnino occulta, atque plures concurrerent causæ, admitteretur Dispensatio, maxima Compositione ad arbitrium soluta.

Non obstante clausula supervivens -- ponitur in Dispensationibus, quando Oratores scientes adesse impedimentum, attamen  
contra-



contrahunt Matrimonium, aut uti facilius dispensationem à Pontifice obtineant, Copulam Carnalem inter se habuere: & in Dispensationibus *neutro machinante* est ut sequitur -- volumus autem, quòd eorum alter uter supervivens perpetuò absque spe Conjugis remaneat -- & si supervivens vult de novo contrahere Matrimonium, indiget dispensatione.

Declaratur tamen, quòd, Impedimenta delicti, seu neutro machinante, & affinitatis ex actu Fornicario promanantis possunt esse publica, vel occulta; Ideoque, quando sunt publica ad Cancellariam recurritur pro dispensatione, & Bullarum expeditio spectat; quando verò occulta ad Pænitentiarium secretam recurritur, quæ justis ex Causis removet Impedimenta prædicta, & ab ea expediuntur Literæ clausæ, & sigillatæ, directæ Confessario, ad hoc ut absolvat Pænitentes Oratores, & tunc liberè valent Matrimonium contrahere, nisi aliud Impedimentum inter ipsos detegatur; quæ Literæ clausæ gratis conceduntur, & solum solvitur agentia, ut supra dictum est.

Adfunt quoque multa alia Matrimonii Impedimenta, etiam Majora; Votum nempe Castitatis, aut Ordo Sacer, & alicujus Religionis ab Ecclesia approbatæ Professio; si verò privatum, aut occultum est Votum, dispensatur cum Causa, à Professione nunquam conceditur Dispensatio, nisi pro Supremis Principibus, pro quiete communi, & publica utilitate; Prout etiam ab Ordine Sacro, nisi publica utilitas id svadeat, & difficiliorem reddit Dispensationem, si Ordinatus pluries exercuerit Ordinem, atque expensæ istis in casibus sunt maximæ, & arbitrariæ.

Demum pro obtinendis validè Dispensationibus Impedimentorum Matrimonii, debent exponi Prænomina Nomina, Loca, Diæceses Oratorum, ac ut plurimum ipsorum qualitates, omnesque Causæ, atque Circumstantiæ aggravantes, vel multiplicantes dicta Impedimenta.

His positis: Expensæ Dispensationum Matrimonialium ab-

( b )

sque



Ique Agentia, & sollicitatione, per Officium minoris Gratia in nummis Aureis in Auro Stampæ, atque Juliiis sunt.

## In 4to Gradu

Scuta Ju Obu-

Cum Cauſa Scuta auri in auro Stampæ, quæ valent auri liij li  
Julios ſexdecim cum dimidio. 4. 10.

Sine Cauſa debet ſemper exponi, quo Diſpenſatio  
petitur pro Nobilibus, aut ſaltem ex honeſtis Familijs 7. 9.

Cum abſolutione ſcienter - 20. 6.

Cum abſolutione Ignoranter 19.

Cum abſolutione ſcienter in forma Pauperum 6. 10. 5.

Cum abſolutione Ignoranter in forma Pauperum 5. 6. 5.

Et iſtis duobus ultimis Caſibus datur etiam  
Diſpenſatio ab Epifcopo.

## In Duplici 4to.

Cum Cauſa - 8. 8.

Cum Cauſa pro Nobilibus - 14. 13.

Sine Cauſa - 88. 90.

Cum abſolutione ſcienter - 38. 3.

Ignoranter - 36. 9.

Scienter in forma Pauperum - 8. 11.

Ignoranter - 7. 7.

## In Triplici 4to.

Cum Cauſa - 11. 11.

Pro Nobilibus - 20. 20.

Sine Cauſa - 101. 101.

Cum Abſolutione ſcienter - 54. 64.

Ignoranter - 52. 7.

Scienter in forma Pauperum - 10. 9.

Ignoranter - 9. 3.

## In Quadruplici 4to.

Sine Cauſa -

174 174-

Cum



Cum Cauſa	-	-	14.
Pro Nobilibus	-	-	25. 7.
Cum abſolutione ſcienter	-	-	69. 21. 5.
Ignoranter	-	-	68. 16.
ſcienter in forma Pauperum	-	-	11. 11.
Ignoranter	-	-	10. 6.

## In 3tio &amp; 4to.

Scuta Fu-Obu-  
auri lij li.

Cum Cauſa	-	-	6. 11.
Sine Cauſa	-	-	22. 22.
Cum abſolutione ſcienter	-	-	22. 7.
Ignoranter	-	-	21. 10.
ſcienter in forma Pauperum	-	-	7. 10.
Ignoranter	-	-	6. 6.

## In 3tio ex uno, &amp; 3tio &amp; 4to ex altero.

Cum Cauſa	-	-	10. 10.
Pro Nobilibus	-	-	19. 3.
Sine Cauſa	-	-	90. 91.
Cum abſolutione ſcienter	-	-	40. 6.
Ignoranter	-	-	38. 12.
ſcienter in forma Pauperum	-	-	9. 12.
Ignoranter	-	-	8. 8.

In 3. & 4. ex uno, & Duplici 4. ex altero. Scuta Fu-Obu-  
auri lij li

Cum Cauſa	-	-	1. 3. 21.
Pro Nobilibus	-	-	25. 16.
Sine Cauſa	-	-	110. 110.
Cum abſolutione ſcienter	-	-	57. 14.
Ignoranter	-	-	55. 20.
ſcienter in forma Pauperum	-	-	12. 6.
Ignoranter	-	-	11. 2.



## In Duplicibus 3tio &amp; 4to.

Cum Cauſa	-	12.	12.
Sine Cauſa	-	92.	92.
Cum abſolutione ſcienter	.	41.	18.
Ignoranter	-	40.	12.
ſcienter in forma Pauperum	-	10.	12.
Ignoranter	-	9.	6.

In Duplicibus 3tio & 4to ex uno,  
& Duplici 4to ex altero.

Cum Cauſa	-	18.	6.
Pro Nobilibus	-	32.	17.
Sine Cauſa	-	178.	178.
Cum abſolutione ſcienter	-	73.	22.
Ignoranter	-	72.	17.
ſcienter in forma Pauperum	-	13.	10.
Ignoranter	-	12.	15.

## In Triplicibus 3tio &amp; 4to

Cum Cauſa	-	17.	10.
Sine Cauſa	-	112.	112.
Cum abſolutione ſcienter	-	59.	13.
Ignoranter	-	57.	20.
ſcienter in forma Pauperum	-	13.	5.
Ignoranter	-	12.	4.

## In 2do &amp; 4to.

Cum Cauſa ob anguſtiam	-	9.	1.
Pro Nobilibus	-	15.	15.
Sine Cauſa	-	157.	162.
Cum abſolutione ſcienter	-	38.	10.
Ignoranter	-	36.	14.
ſcienter in forma Pauperum	-	8.	5.

*Scuta Ju-Obu-  
auri liij li.*

*Igno-*



Ignoranter

6. 11.

## In 2do &amp; 4to ex uno, &amp; 4to altero

Cum Cauſa	-	12.	18.
Pro Nobilibus ſine Cauſa	-	170.	170
Cum abſolutione ſcienter	-	54.	21.
Ignoranter	-	53.	15.
ſcienter in forma Pauperum	-	9.	13.
Ignoranter	-	8.	9.

## In 2do &amp; 4to ex uno, &amp; 3tio &amp; 4to ex altero.

Cum Cauſa	-	14.	12.
Sine Cauſa	-	175.	175.
Cum abſolutione ſcienter	-	56.	56.
Ignoranter	-	55.	16.
ſcienter in forma Pauperum	-	10.	10.
Ignoranter	-	9.	6.

## In Triplici 3tio &amp; 4to.

Cum Cauſa	-	20.	20.
Sine Cauſa	-	115.	115.
Cum abſolutione ſcienter	-	66.	66.
Ignoranter	-	65.	60.
ſcienter in forma Pauperum	-	16.	16.
Ignoranter	-	15.	15.

## In Primo Publicæ Honæſtatis Familiæ.

Cum Cauſa	-	8.	8.
Pro Nobilibus	-	13.	20
Sine Cauſa	-	158.	158.
Cum abſolutione ſcienter	-	57.	12.
Ignoranter	-	56.	7.
ſcienter in forma Pauperum	-	8.	8.

Jgno-



14  
Ignoranter

7. 7.

## Neutro Machinante.

Cum absoluteione	20.	6.
In forma Pauperum	6.	10
Non obstante Clausula supervivens, cum supervivens in priori Casu velit contrahere Matrimonium	5.	4.

## Expensæ Dispensationum Matrimonialium per Cancellariam

Scuta Ju-Obu-  
auri liij li.

## In 3tio Gradu.

Cum Causa	14.	38.
Sine Causa	165.	191.
Cum Copula	41.	56.
Forma Pauperum	6.	6.
Oratore præsentem tam pro hoc Gradu, quam pro sequentibus sunt semper similes expensæ idest	2.	24.

## In 3tio ex uno, &amp; 4to ex altero.

Cum Causa	16.	64.
Sine Causa	180.	206.
Cum Copula	61.	39.
Forma Pauperum, tam in præsentem, quam in sequentibus Gradibus sunt semper similes idest expensæ sunt Ducatorum sex, & Juliorum pariter sex.	6.	6.

## In Duplici 3tio.

Cum Causa	26.	33.	5.
Sine Causa	345.	345.	5.
Cum Copula	77.	69.	5.

In



## In Triplici 3tio.

Cum Cauſa	-	-	35.	56.
Sine Cauſa	-	-	578.	586
Cum Cauſa	-	-	111.	80.

## In Tertio ex uno &amp; duplici 4to ex altero

Cum Cauſa	-	-	22.	65.
Sine Cauſa	-	-	254.	281.
Cum Copula	-	-	80.	61.

## In 3. ex uno, &amp; 3tio &amp; 4to ex altero.

Cum Cauſa	-	-	22.	53.
Sine Cauſa	-	-	185.	23.
Cum Copula	-	-	62.	72.

## In 3. ex uno, &amp; 3. &amp; 4. ex altero, &amp; ex Reliquo.

Cum Cauſa	-	-	36.	9.
Sine Cauſa	-	-	250.	255.
Cum Copula	-	-	81.	10.

## In ſecundo, &amp; 3tio.

In iſto Gradu neceſſaria eſt expreſſio qualita-  
tum Perſonarum, quod videlicet Oratores ſint No-  
biles, vel Principales Cives, vel ſaltem ex honeſtis  
Familiis; Datur tamen ſine huiusmodi expreſſione  
cum Cauſa pro Oratrice indotata, vel propter  
Inimicitias, vel pro Confirmatione Pacis, & quan-  
do petitur propter anguſtiam Loci, neceſſaria eſt  
Claufula -- *Et ſi extra* -- aut ſaltem expreſſio qua-  
litarum Perſonarum.

Cum una ex primarijs Cauſis.	-	-	16.	52.
Cum ex una ſecundarijs Cauſis	-	-	21.	53.
Sine Cauſa.	-	-	316.	355.
Cum Copula	-	-	71.	62. 5.

In



In Duplicibus 3. ex uno  
Duplicibus 3tio & 4to ex altero.

Cum una ex primariis Causis	=	36.	8.
Cum una ex secundariis Causis	=	41.	9.
Sine Causa	=	335.	355.
Cum Copula	=	109.	109.

Scuta Ju-Obu.  
auri lij li

In Duplicibus secundo & 3tio.

Cum una exprimariis Causis.	=	33.	33.
Cum una ex secundariis Causis	=	44.	44. 5.
Sine Causa	=	624.	660.
Cum Copula	=	140.	73.

In 2do & 3tio ex uno, & 2do & 4to.  
ex altero.

Cum una ex primariis Causis	=	26.	69.
Cum una ex secundariis Causis	=	36.	79. 5.
Sine Causa	=	471.	509.
Cum Copula	=	110.	67.

In 2do & 3tio ex uno, & 3tio & 4to.  
ex altero

Cum una exprimariis Causis	=	30.	30.
Cum una ex secundariis Causis	=	36.	36.
Sine Causa	=	350.	350.
Cum Copula	=	104.	17. 5.

In 2do & 3tio ex uno, & 4to ex  
altero.

Cum una exprimariis Causis	=	29.	4.
Cum una ex secundariis Causis	=	39.	25.
Sine Causa	=	334.	334.

Cum



Cum Copula	89.	44.	5.
In 2do & 3tio ex uno, & Duplici 4to ex altero.	Scuta	Ju-	Obu-
	auri	lij	li.

Cum una ex primarijs Causis	-	32.	32.
Cum una ex secundarijs Causis	-	40.	40.
Sine Causa	-	420.	420.
Cum Copula	-	120.	120.

Sciendum est quod quotiescumque petitur Dispensatio in forma Pauperum scienter vel ignoranter, semper debet transmitti Fides Ordinarii, sive ejus Generalis Vicarii in forma authentica super paupertate Oratorum, & in Fide erit facienda mentio particularis, quod Orator propter ejus paupertatem, & inopiam non potest accedere ad urbem, ut operam præstet Fabricæ Sancti PETRI; Pro ejus concessione sufficit, quod duo Testes deponant se bene scire Oratores non habere tam amplum redditum annuum, qui sufficiat pro eorum bene esse, ideoque eosdem cogi sua Industria supplere.

Sunt etiam aliæ Dispensationes Matrimoniales, quæ expediuntur in Curia Romana, nempe in 2. Gradu Consanguinitatis absque Causa pro natis ex honestis Familiis; & in totum etiamcum agentia solvuntur scuta Romana, cujusque ipsorum valor est Juliorum Decem.

Pro Nobilibus	-	-	-	500.
In 2do. cum absoluteione	-	-	-	1020.
In forma Pauperum	-	-	-	450.
In Primo ex actu Fornicario cum Causa	-	-	-	22.
In Primo ex actu Fornicario cum Copula	-	-	-	90.
Forma Pauperum	-	-	-	500.
Oratore præsentè	-	-	-	40.
In Primo, & 2do. ex actu Fornicario cum Causa	-	-	-	22.
Cum absoluteione	-	-	-	70.
Forma Pauperum	-	-	-	350.
	-	-	-	24.



Oratore præfente	- . . . .	14.
In 2. ex actu Fornicario cum Cauſa	- . . . .	45.
Forma Pauperum	- . . . .	22.
In Filiatione ſpiritali non conceditur, niſi ob gra- ues Cauſas, & ſolutâ magnâ Compoſitione ad arbitri- um. Compaternitas, tam ex Fonte Baptiſmali, quâ ex Con- firmatione cum Cauſa	- . . . .	75.
Sine Cauſa	- . . . .	550.
Cum abſolutione ſcienter	- . . . .	250.
Forma Pauperum	- . . . .	12.
Compaternitas duplex cum cauſa	- . . . .	120.
Sine Cauſa eſt arbitraria		
Forma pauperum	- . . . .	12.
Compaternitas ſimplex, & in 3. cum Cauſa	- . . . .	85.
Sine Cauſa	- . . . .	680.
Cum abſolutione	- . . . .	306.
Forma pauperum	- . . . .	24.
Compaternitas ſimplex & in 2. & 3. cum una expri- marijs Cauſis	- . . . .	99.
Cum una ex ſecundarijs Cauſis	- . . . .	108.
Sine Cauſa	- . . . .	1200.
Cum abſolutione	- . . . .	380.
Forma Pauperum	- . . . .	45.

Demum circa id, quod ſolvitur pro agentia difficiliter poteſt aſſi-  
gnari certa quantitas, cum ſecundû qualitatem Perſonarum, Nego-  
tiorum, Laborumque, tam agentium, quàm Principalium recipiat  
augmentum atque Diminutionem, & in rebus modici momen-  
ti ut plurimum prætenditur nummus aureus, atque hæc circa præ-  
fatas materias, quorum Taxas, & expenſas in variis ſcripturis ad-  
inveni, & plures egomet expediui, dicta ſint ſatis ad laudem  
& Gloriam Omnipotentis DEI, & Beatiffimæ Virginis  
MARIE, ſemper Immaculatæ



## Rerum contentarum in hoc Opusculo.

Caput I. De Consistorio	-	folio 1.
Cap II. De Signatura Gratiae	-	fol: 3.
Cap. III. De Signatura Justitiae	-	fol: 5.
Cap. IV. De Tribunali Rotae	-	fol: 16.
Cap. V. De Congregatione Sancti Officij	-	fol: 27.
Cap. VI. De Congregatione Indicis Librorum	-	fol: 29.
Cap. VII. De Congregatione Concilij Trid:	-	fol: 29.
Cap. VIII. De Congregatione Episcoporum, & Regularium	-	fol: 31.
Cap IX. De Congregatione Rituum	-	fol: 32.
Cap. X. De Congregatione Jurisdictionis, & Immunitatis Ecclesiasticae	-	fol: 34.
Cap. XI. De Congregatione Propagandae Fidei	-	fol: 35.
Cap. XII. nonnullis alijs Congregationibus ad commu- nem Christianae Reipublicae utilitatem institutis	-	fol: 36.
Cap. XIII. De Cardinali superintendente Generali, vulgo Patrono	-	fol: 37.
Cap. XIV. De Secretario Status, & alijs Secretarijs Pontifici assistentibus, & de Collegio Secretariorum Aposto- licorum	-	fol: 38.
Cap. XV. De Alijs Officialibus, ac Ministris Pontifici assi- stentibus atque in Palatio Apostolico residen- tibus	-	fol: 49.
Cap. XVI. De Datario, & Datariae, Officialibus	-	fol: 44.
Cap. XVII. De Cardinali Vice Cancellario, & de Cancellariae, Apostolicae Officialibus, eorumque muneribus	-	fol: 47.
Cap. XVIII. De Cardinali Penitentiario, & de Pænitenti- ariae Tribunali	-	fol: 48.
Cap. XIX. De Cardinali Camerario, ejusque Officialibus & Tribunali,	-	fol: 50.
Cap. XX. De Auditore Camerae, & Thesaurario, ac eorum-	-	



eorundem Tribunalibus	fol: 51.
Cap. XXI. De negotijs, ac materijs quæ tractantur, & expediuntur in Curia Romana.	fol: 53.
§. I. De Impetratione Beneficiorum	fol: 53.
§. II. De Resignatione Beneficiorum	fol: 54.
§. III. De Permutationibus Beneficiorum	fol: 57.
§. IV. De Coadjutorijs	fol: 58.
§. V. De Gratijs, si nulli, si alteri, si neutri	fol: 58.
§. VI. De Subrogatione in Juribus Defuncti	fol: 59.
§. VII. De Gratia Perinde valere	fol: 59.
§. VIII. De Novis Provisionibus	fol: 59.
§. IX. De Absolutione cum nova Provisione.	fol: 59.
§. X. De Absolutione ab Homicidio	fol: 59.
§. XI. De Dispensationibus ad Ordines, & Beneficia	fol: 60.
§. XII. De Derogatione Regulæ de Annali	fol: 60.
§. XIII. De Confirmatione Concordiæ	fol: 60.
§. XIV. De Concurſibus	fol: 61.
§. XV. De Annatis	fol: 61.
§. XVI. De Componendis, seu Compositionibus	fol: 63.
§. XVII. De Admonitionibus in Beneficiorum Materijs, & de modis expediendi Bullas eorum	fol: 68.
§. XVIII. De Expensis quarundam Materiæ Beneficialium, quæ per Bullas expediuntur.	fol: propr
§. XIX. De nonnullis Alijs Materijs quæ expediuntur per Cancellariam, Brevium Secretariam, vel per Pænitentiarum.	fol: 4.
§. XX. De Materijs Matrimonialibus, ipsarumque Impedimentis, Dispensationibus, & expensis	fol: 7.





1840  
MAY 10 1840



1613-KZ

KSIEGOZBIÓR  
MARCINA ZAMOYSKIEGO

1613 -KZ



